In his primus erat Plutarchus de quo paulo supra memorauimus. Quem cum vidisset plus ad mortem duci: et assistere ei Origenem qui hortatu suo ad magnanimitatem animos eius erigeret: velut mortis eius auctorem discerpere eum pene et interficere vulgus irruerat: nisi et tunc ope diuine prudentie et furentium manibus fuisset ereptus. Post Plutarchi martyrium secundus ex Origenis discipulis martyr efficit Serenus. Tertius ex eius nihilominus discipulis auditoribus Eraclides martyrio coronatus. Quartus Heros neophytus. Nam supra Origenis Serenus adhuc cathecuminus consummatus est. Quintus eiusdem schole martyr efficit alius nomine Serenus: qui post multa supplicia pro christo etiam capite plexus traditur. Sed et mulieres plurime in quibus Eracla quedam cathecumina de qua ipse in quodam loco ait: quod ignis baptismum persecuta sit.

¶ De Potamiana. **¶** Caplin. V.

Sed et potamiana famosissima feminarum et martyrum et ipse eius carniser basillides. etiam in nostram usque memoriam ab incolis loci perennis virtutum potamiane fama celebratur: quod in membris et innumeris agones primo pro virginitate et pudicitia desudauerit. deinde etiam pro martyrio exquisita atque inaudita tormenta pertulerit: atque ad ultimum vna cum venerabili matre Marcella ignis supplicii consummata sit. Tradunt igitur Aquila (hanc erat tyranni iudicis nomen) posteaque crudelibus eam supplicii lacerauerit: ad ultimum ob iniuriam et nobilitatis eius et castitatis comminatum esse potamiane quod eam vel crudelissimis gladiatoribus: vel impudicissimis lenonibus traderet. At illa cum ab ea quod mallet: vel quid eligeret quereretur: pertulisse aduersum tyrannum vocem liberam: que ob substitutionem romanorum ritus sacrilega videretur: et ideo sine mora in eam latam esse sententiam. Cumque Basillides vnus ex his quibus

implere spiculatoris officium mos est: susceptam eam duceret ad supplicium: ac multitudo impudicorum pariter et improborum Potamiane verbis et iniuriis conaret illudere: Basillides abigere impudentius irruentes ac deturbare cepit humanitatis et misericordie rationis obtentu. At illa religiosum viri votum erga se et propositum humanitatis amplectens: certus esto inquit quod cum abiero ad dominum meum sine mora boni huius tibi remunerationem parabo. Post hec autem verba constanter suscepit statuta supplicia pice calide: paulatim per artus ac membra diffuse. et hinc modo beata virgo et terris migravit ad celum. Non multis autem post diebus Basillides cum inter collegas suos ob causas quadam iuramentum posceret: ait sibi non licere omnino iurare pro eo quod esset christianus: et hoc publice fatebatur. Joco estimatus est primo dicere. tum deinde cum instantibus affirmaret: pertrahit ad tribunal. ubi cum perseverasset in professione vinculis traditur. Tum vero visitantibus eum nostris et causam subite ac laudabilis huius permutationis inquiringibus dixisse traditur quod potamiana post diem tertium martyrii sui nocte assistens coronam capiti suo imposuerit: dicens deprecata me pro ipso domino et impetrasse ut finem quod scriptum est qui recipit martyrem: mercedem martyrii consequeretur. Quibus auditis: confestim fratres signum eius dominicum tradunt: et die postera ob domini martyrium capite puniunt. Et et alijs pluribus per illud tempus apud Alexandriam cum discipulis suis cum quibus verbo dei in Origenis schola operam dederat potamiana: simile munus tradidit prestasse: assistens eis pro visum et coronam martyrii impetratas a domino deferens. Et de his ista sufficiant.

¶ De eo quod Origenes se castravit.

¶ Caplin. VI.

Sicut pro idem tempus cum docendi officio apud Alexandriam pesseret Origenes: gestum quod ab eo traditur quod iuuenilis fortasse et minus perfecti sensus videatur: sed perfecte fidei ac nimie castitatis indicium continens. Illud namque quod scriptum est in euangelio. quia sunt eunuchi qui seipsum castraverunt

uerūt ppter regnum dei: etiaꝫ fm hystoꝝ: sã
 implendū credidit: nō solū castitatis ob-
 tentu: verū qm̄ persecutionis tēpore tam
 in publico q̄ in occulto ac secreto: et tam
 viris q̄ feminis verbū dei p̄dicabat: vide
 licet quo omnē occasionē turpis maledi-
 cti gratia infidelibus videreꝫ excludere:
 diuicam vocem re atq; opere in semetipso
 aggressus est adimplere. Cūq; id p̄ eo ne
 ab hominib; laudem quereret: sed a deo
 mercedem speraret in occulto esse voluis-
 set: tamen latere nō potuit: sed rei geste in
 dicium ad Demetriū episcopū peruenit.
 Isq; ingenti p̄mo stupore admiratus est
 audacis animi virtutem: tum deinde col-
 laudans fidei eius magnitudinem vel ca-
 lorem: et tam grande in opere dei p̄positū
 nunc maxime ait cepto operi doctrine et
 p̄dicationis insisteret quādo aduersarijs
 nulla obrectandi suspitio derelicta est.
 Et tunc quidem talis erat Demetrii sen-
 tentia cum nihil animos incenserat: q̄ re-
 cti iudiciū regulam in prem alteram decli-
 naret. Postea vero cum vidisset adolescē-
 tis famā satis steri claram: et magno eum
 domi forisq; p̄conio extolli: humane in-
 firmitatis aliquid passus: opus qd̄ ip̄e p̄
 us cum ingenti admiratione laudauerat
 infamare postmodū cepit. Nam cū apud
 palestina p̄cipui et eminentes inter epos
 viri. id ē h̄ierosolymoz Alexander et The-
 oclitus cesaree videntes diuini opus eiꝫ
 in verbo dei: ordinassent eū p̄sbyterum ac
 summo eum sacerdotio iam tamq; dignū
 pbarent: idq; dignissime factum ab om̄i-
 bus laudaret: et ne sic quidem dignus ho-
 nore sapientie eius ac virtutib; in eū col-
 latus diceret: vehementissime momordit
 hic sermo Demetriū: et nō inueniēs in eū
 causam alterius criminis: hoc qd̄ aliquā-
 do puer adhuc ille egerat: et ep̄us iam iste
 laudauerat: postmodū criminis loco p̄-
 tulit. etiam in illos culpam qui eum ordi-
 nauerant conatus insectere. sed hec post-
 modū gesta sunt. Tunc porro Origenes
 apud Alexandriaꝫ doctor ecclesie valde
 clarus habebat: omnibus q̄s fama eius
 ad audiendū eum uenire puocabat: ver-
 bū dei p̄dicans sicut ap̄ls dicit. opportu-
 ne: importune. per diem. per noctem. pu-

blice. et puatim: velut abscessis omnibus
 impedimentis: liber p̄sus et cum omni fi-
 ducta rem gerebat. Cum vero decem et
 octo annis Severus tenuisset imperiū:
 Antoninus ei filius succedit. Quo in tē-
 pore q̄s plurimi erant qui in cōfessionib;
 gl̄iam quesierant: dei tamē puidentia sue-
 rant reseruatū.

De Alexandro et Marcisso.

Capitulum VII.

In quibus Alexander de quo
 paulo ante memorauimus cō-
 fessionis titulo satis clarus: hie
 rosolymoz ecclesie subrogat ep̄us: cum
 sup̄esset adhuc Marcissus: qui p̄us inibi
 functus est pontificatus officio. Verum
 qm̄ Marcissi memoriā sermo p̄grediens
 attulit: congruū mihi videtur aliquid de
 eius gestis insignibus memorare. d̄ quo
 ab incolis quidem loci p̄ plurima memo-
 rie tradunt. Hos vero vnum opus eius
 memorabimus: ex quo ceteris que de eo
 narrant: merito fides posset adhiberi. Ac-
 cidit aliquādo in die solēni vigiliariū pas-
 sche: oleum deesse luminariū. Cūq; id p̄
 ministros innotuisset: meror plebi mar-
 mus fuit. Sed Marcissus fide fidens mi-
 nistris imperat haurire aquā: sibiq; defer-
 ri. Cūq; detulissent: orauit: et benedixit a-
 quā: et infundit luminariū precepit. Tū
 repente miro et seculis inaudito genere
 tutis natura aque in olei pinguedinē ver-
 sa: splendorē luminis etiam solito red-
 didit clariorē. Ad fidem autē rei a plu-
 rimis religiosoz fratrum ex eodem oleo
 quod versum de aqua fuerat reseruatū
 est: ita vt ad nos vsq; miraculi huius in-
 diciū perueniret. Et in hoc quidem fidei
 eius ac meritū habebat exemplū. An-
 imi vero virtus quāta in eo fuerit: alio ni-
 hilominus vno ex eius gestis ope decla-
 rabitur. Is nāq; cum inter cetera virtutū
 suarum bona esset valde constantis an-
 imi: et iusti rectiq; in declinabiliter tenax: q̄-
 dam homūculi nequam male sibi conscy-
 metuentes ne criminū suorū si arguerētur
 nō possent effugere v̄ndictam: pueniūt
 factionibus: et circumuenire parāt eum cui-
 us iudiciū verebant. Concinnant igit̄
 aduersum eum infame satis et noxiū cri-

Anto in m̄s. Auſo viuos. Basſa
 nis Caracalla

Ecclesiastice historie

men. **C**onensit auditores: testes ex semet ipsis pducunt: qui sub sacramento iuramenti que obijcebant confirmarent, quorum unus testis ita: vt non igni consumeret verra se dicere testabatur, alius ita: ne regio morbo corrumpere, tertius ita: ne luminibus orbaretur. Et quibus ne iuramentis quod dem istis quisque fidelium et deum timendum crederet: eo quod vita Marcissi et institutio ac pudicitia ab omnibus nosceret: ipse tamen eorum que mota sunt indignitate ac molestiam non ferens: simul et secretam ac philosophicam vitam semper habere desiderans: subterfugit ecclesie multitudinem: et in desertis locis atque agellis secretioribus delitescit annis quibus plurimis. At non ille magnus diuine prudentie oculus quod elicit in longum: sed in impios ultionem per ea ipsa que sibi in priujs statuerat maledicta molitur. Primus namque ille testis parua ignis scintilla noctis tempore domo sua succensa: cum omni genere: omni que familia: flammis vlticibus conflagrauit. Alius repente ab insis pedibus usque ad summum capitis verticem morbo regio quo fuerat imprecatus repletur atque consumit. Tertius autem priorum exitum videns: et oculum diuinum non se latuisse perspicies prumpit in medium: et audientibus cunctis sera penitentia vniuersum concinnati sceleris ordinem pandit. Tantis autem lachrymis imantis commissi facinus deflet et intantum die noctumque perdurat in fletibus: usquequo luminibus orbaretur. Hi igitur figmenti sui huiusmodi penas dederunt

De episcopis hierosolymorum.

Capitulum VIII.

Narcissus vero cum ita desertum perisset: ac locis semet secretioribus abdidiisset vt vbi nam degeret nullus agnosceret: necessarium visum est episcopis ecclesiarum vicinarum vt alium pro ipso ordinarent cui nomen erat Dinius. Cuius cum paruo tempore presulisset ecclesie: succedit Germanio: et Germanioni Gordius. Cum ecce subito velut rediuiuus: celoque redditus ex iprouiso apparuit Narcissus: et rursus a fratribus ad presidendum rogaretur ecclesie. Multo enim

vehementius erga cum amor omnium fuerat incitatus: vel pro eo quod criminosis innocens cessit: vel quod secretam et philosophicam vitam dilexit: et quod in eo compleuit dominus dicens. **H**ibi vindictam: ego retribuam dicit dominus.

De Alexandro. Capitulum IX.

Utrum cum ipse iam senio fessus pontificatus ministerio sufficere non posset: Alexandrum de quo superius memorauimus qui iam esset episcopus alterius loci: diuina dispensatio in adiutorium Marcissi sentis euidentissimis reuelationibus euocauit. Is namque Alexander ex gente capadocum vbi erat preclare vrbis episcopus: hierosolymam adorandi et sanctorum locorum videndi gratia perauerat. Quem loci incolae mentes eorum instigante deo: cum omni amore et officiositate suscipiunt: ac vt charitatis et dilectionis nexibus vinculum redire non sinunt domum. Ostendebat enim euidenter a domino: non solum ipsi beato viro Narcisso: sed et alijs plurimis per reuelationes in plebe: vt ipsum in loco sancto episcopo detinerent. Preterea quod supra cetera omnia magis terrificum fuit. Eodiem quo ingressurus urbem Alexander nunciatus est: et multitudo fratrum plurima extra portas in occursum eius egressa est: voce celum manifestissime omnibus audientibus facta edicens. **S**uscipite episcopum qui vobis a deo destinatus est. Cuius ex his omnibus euidenter apud cunctos fuisse dei dispensatio declarata: episcopi vrbium vicinarum cooperitis omnibus quibus de eo res gerit dei iudicio docebatur: residere inibi eum necessario compulerunt. Ipse ergo Alexander in epistolis suis ad Anthoninum ita scriptis que usque ad presens seruatur apud nos: meminuit Narcissi tanquam socii et consortis in episcopatu. his ipsis verbis de eo scribens. **S**alutat vos Narcissus qui ante me episcopatum huius ecclesie regere cepit: qui mecum positus orationibus vestris centum iam et sedecim annos vite sue gerit: qui et ipse vos mecum pariter deprecatur esse concordem. **D**e his quidem talia. **A**pod Antiochia vero defuncto Selepiade episcopo: Asclepiades loci illius suscepit sedem: qui et ipse vnus ex preclaris

ro confessorum numero fuit. **V**enit etiam huius ordinationis supradictus **A**lexander antiochenus scribens hoc modo. **A**lexander servus et vinculus iesu christi beate ecclesie que est apud Antiochia in domino salutem. **R**evelavit dominus vincula mea: et carceris huius mei dilatauit angustias: et eo quod comperi sancte ecclesie vestre **A**sclepiadem virum dignissimum sacerdotium suscepisse. **H**anc autem epistolam indicat se per **C**lementem antiochene ecclesie presbyterum transmississe. scribens in fine epistole hoc modo. **H**ec autem vobis domini fratres scripta transmissi per **C**lementem beatum presbyterum: virum in omnibus virtutibus prebaticissimum quem noveritis etiam vos: et eo amplius cognoscetis. **C**uius presentia apud nos per dei prudentiam procurata: et confirmata: et aucta ecclesiam dei.

De Serapione et libris eius.

Capitulum. X.

Sicut **S**erapionis episcopi eruditissimi viri puto quidem etiam alia opuscula apud alios haberi. **A**d nos autem illa tantummodo venerunt que ad dominum quendam scribit: qui in tempore persecutionis a fide christi recedens ad superstitionem iudaicam declinavit. **E**t ea que ad **P**ontium et **C**arecum ecclesiasticos viros scribit: et alie nihilominus eius sunt ad alios epistole. **S**ed et ille liber venit ad nos que scribit de evangelio petri ubi arguit quedam falsa in eo conscripta emendare cupiens fratres qui erant apud **R**ossium qui per occasionem scripture ipsius in heresim declinabant. **D**ignum tamen mihi videtur pauca quedam de eius libello inserere: et quibus innotescat que fuerit eius de ipsa scriptura sententia. **S**cribit ergo in quodam loco ita. **A**d vos enim fratres et **P**etrum et alios apostolos rectissime sicut christum. **Q**ue autem sub eorum nomine falsa ab alijs conscripta sunt velut gnari eorum sensus ac scientie declinamus: scientes quod talia nobis non sunt tradita. **E**go enim cum essem apud vos putabam omnes recte fidei esse inter vos et non decurso libello qui mihi offerebatur in qua

noie **P**etri conscriptum evangelium ferebatur dici. **S**i hoc est solum quod inter vos similitatem videtur inferre: legatur codex. **N**unc autem comperto quod hi qui codicem illum legi debere asserunt presertim cuiusdam occulte heresis hoc fieri proposuerunt: sicut mihi dictum est. **F**estinus vero iterum venire ad vos. **F**los enim novimus fratres cuius heresis fuerit **M**arcianus: qui etiam sibi ipsi contrarius extitit: non intelligens que loqueretur: que etiam vos disceretis et his que scripta sunt vobis: inuestigata per nos ab illis qui hoc ipsum evangelium secundum illius traditionem didicerant: et successores extiterant scientie eius quos nos vocamus: quia in hac ipsa doctrina illorum sunt que plurimi sensus ab ipsis mutuati. **N**am certum est quod plurima secundum rectam rationem sentiunt de salvatore: alia vero aliter: que et subieciimus. **H**ec **S**erapion scribit.

De libris Clementis.

Capitulum. XI.

Clementis vero libri habentur plurimi: apud nos tamen hi sunt qui inveniri poterunt stromatum libri octo: quos hoc modo pretulimus. **T**iti **F**lavii **C**lementis de vera philosophia commentarii scientie stromatis. **S**tromatea autem nos possumus intelligere tanquam opus varie preteritum. **S**unt et alij eiusdem libri octo: quos nos possumus informationum vel disputationum nomine. **I**n quibus nomine **P**antheni meminit: tanquam proprii magistris: et expositiones ipsius plurimas scribit: et traditiones eius operi suo inserit. **E**st etiam liber eius ad gentiles exhortatorius: et alius liber qui dicitur pedagogus et alius qui superscribit quis est qui possit salvus fieri: divines est. **E**st et alius libellus de pascha: et disputatio de ieiunio: et de obtreptione. **E**t alius exhortatorius ad patientiam. **E**t alius ad neophytos. **S**ed et ille qui superscribitur canon ecclesiasticus. **I**tem alius de his qui iudaicum sensum in scripturis sequuntur: que ad **A**lexandrum supradictum episcopum scribit.

Ecclesiastice historie

In stromatibus autem non solum ea que ex diuinis scripturis sumpserat sternit: sed et ea que apud grecos auctores habentur. Utile namque ei visum est in illo opere pro parte ac proferre sibi inuicem dogmata: vel ea que diuinitus sancita sunt: vel que a sapientibus grecorum inuenta: vel etiam que ceteris barbaris visa sunt. Arguit etiam hereticorum errores: historiam quoque inibi plurimam texit: et ex omnibus materiam nobis eruditionis profecte composuit. Unde merito libros suos stromateas appellauit. id est laciniosa quadam et varia diuersitate contextos. Utitur sane exemplis etiam ex his libris. quia nonnullis minime recipiendi videntur. id est ex sapientia que dicitur Salomonis et ex sapientia Strac. que appellatur ecclesiasticus apud Latinos. Sed et de Barnabe et Clementis epistola ponit romani exemplum. Utitur etiam de epistola iude. Deminuit preterea et scriptorum antiquorum Tacianum cuiusdam et Cassiani velut que cronica scripta perierint. Philonis quoque et Aristoboli et Iosephi ac Demetrii et Eupolemi iudeorum scriptorum. Conferens etiam antiquissimis grecorum: moysatacum et iudeorum genus antiquius esse comprobatur. Multaque alia instrumenta optimarum institutionum in illo opere conuertit. Et inter cetera hoc in primo libello indicat: quod ipse non longe post apostolos fuerit. permittitque commentarios se in genesim scripturum. In libello autem quem scripsit de pascha confitetur extorqueri sibi ex fratribus: ut ea que a presbyteris. id est a successoribus apostolorum voce sibi sola tradita sunt describeret in libris ac posteris traderet. Deminuit inibi Helionis et Hyreni: ceterorumque quorum etiam quasdam narrationes inseruit. In libris vero id est in formationum ut breuiter dicam vniuersas pariter scripturam diuinam compendiosis dissertationibus explanauit. In quibus ne ea quidem que apocrypha a quibusdam habentur preterit: ut est petri reuelatio. De epistola vero ad hebreos ita disserit: quod manifeste Pauli sit apostoli. scripta sit autem hebreo sermone tanquam hebreis. Luca vero qui erat Pauli discipulus in

terpretata in grecum. vnde et stilus eius magis similis videatur libello illi quem Lucas de apostolorum actibus scribit. Quod autem superscriptionem solitas inibi non habet: idem Paulus apostolus hoc esse rationis ostendit. quia preiudicatum hebreis erat de Pauli nomine: ne eius dicta susciperent. et idcirco prudenter declinasse: ne statim in principio Pauli nomine inspecto lectio eius repudiaret. Post pauca vero addit etiam hec. Sicut inquit beatus presbyter dicebat: quia dominus apostolus omnipotentis dicitur missus ad hebreos. Pro humilitate ergo Paulus qui ad gentes fuerat destinatus non scripsit semetipsum hebreorum apostolum: vel propter honorem domini: qui se missum dixerat ad omnes israel: vel quia gentium videbatur apostolus. Exponit preterea ea idem Clemens in ipsis libellis de ordine euangeliorum traditionem sibi a senioribus presbyteris traditam. et dicit priora esse posita illa euangelia que de generationibus continent. id est Dani hebrei et Marci. Causas vero fuisse euangelii secundum Marcum huiusmodi. Cum Petrus Rome publice predicasset verbum dei: et in spiritu exposuisset euangelium: auditores rogasse Marcum: qui olim iam sectator ipsius fuisset conscribere ea que sciebat ab apostolo predicata. Cum id factum Petrus postmodum cognouisset: licet fieri ipse non iusserit: tamen factum non prohibuit. Iohannem vero postmodum dicit cum vidisset quod ea magis que secundum carnem sunt in euangelis haberentur: deprecatum a discipulis scripsisse etiam que ad spiritum pertinent. Unde et repletus spiritu euangelium spiritale conscripsit. Hec Clemens. Alexander vero de quo superius memorauimus: Clementis simul et Pantheni ad Origenem scribens meminit: velut qui sibi etiam in corpore noti fuerint: scribit autem hoc modo. Hoc enim et voluntatis dei fuit sicut ipse nosti ut amicitie que mihi a patribus fuerunt inuiolate durarent: immo vero et ardentius ac robustius auerentur. Patres autem nouimus beatos illos qui nos precesserunt

ad quos paulo post etiam nos abibimus. Panthenum dico dominum meum: vere beatum: et sanctum dominum meum Clementem: qui me in multis instruxit. Sed et si qui alij tales sunt: per quos etiam te cognoui virum per cuncta egregium: et dominum mihi et fratrem. Hec quidem ita se habent. Adamantius autem: erat et hoc nomen Origenis: cum per idem tempus Zepherinus romane ecclesie presideret. romam venit: sicut ipse in quodam loco scripsit: dicens: Uoti sibi fuisse ut antiquissimam romanorum videret ecclesiam. Ubi non multo tempore peracto: ad insuetum docendi officium Alexandriam redire festinat: ibique cum omni sollicitudine et studio religioso susceptum opus explebat. Demetrius tunc episcopo non solum cohortante se et confortante: verum etiam se preterente quatenus fratribus diuine eruditionis non deesset instructio.

De Eracla. Caplm. XII.

Iterea cum videret Origenes non sufficere ad omnia, id est vel in profundioribus et diuiniorebus pertractandis: vel in sancte scripture explanationibus differendis: vel etiam in eorum qui quotidie fidei addebantur instructionibus: vel institutionibus adimplendis, ex quibus omnibus ne respirare quidem et vnius saltem horae liberum tempus dabatur: dum semper ex alijs in alios vocaretur: ita ut a prima luce usque ad profundam vesperam nunquam cessaret auditorium suum alijs accedentibus: alijs vero non discedentibus. Dum verbi dei dulcedine conligati sunt: vtilius esse ratus est segregare incipientium turbas: et vni ex discipulis suis plene iam et optime instructo viro: atque in omnibus virtutibus sibi probato Eracla tradere: partemque cum officij sui ac laboris assumere. Erat enim et in sermone disertissimus et in omnibus philosophicis eruditionibus apprime institutus. Hinc ergo tradendi prima elementa incipientibus delegat officium. Sibi vero perfectorum instructiones reseruat.

Quantum studij fuerit Origenis erga scripturas diuinas. Caplm. XIII.

Iter cetera quoque eruditionum suarum studia ne illud quod dem omisit Origenes perferuntur: et addiscere etiam hebrece lingue virtute: ut agnosceret vel ea que a iudeis hebraicis litteris leguntur qualia sint: vel eorum interpretum qui preter septuaginta interpretati fuerant: quanta esset editionum diuersitas: ita ut preter istas que in vsu sunt Aquile vel Simachi vel theodotionis: inueniret etiam alias in absconditis ac secretis latentes. In quibus ne nota quidem interpretum reperit scripta. Hoc autem solum dicit de eis quod aliam quidem in actiaco litore apud nicopolim aliam in hiericho: atque in alijs alias reperit locis. Unde et illos famosissimos codices primus ipse composuit: in quibus per singulas columnellas et regione separatim opus interpretis vniuersiuique descripsit: ita ut in primo omnium ipsa hebrece verba hebraicis litteris poneret. Secundo in loco per ordinem grecis litteris et regione hebrece verba describeret. Tertiam Aquile editionem subiungeret. Quartam Simachi. Quinta septuaginta interpretum que notastra est. Sextam theodotionis collocaret. Et propter huiusmodi compositionem exemplaria ipsa notastra id est sex simpliciter ordine conscripta. In psalterio autem et alijs nonnullis interfertur aliquid etiam de ceteris istis editionibus. Quas quoniam sine nota auctorum repererat sextam et septimam editionem notastra.

De Simacho interprete. Caplm. XIII.

Sciendum tamen est quod ex istis ipsis interpretibus Simachus hebrece fuit: quod est heresis asserens christum de Ioseph et maria natum hominem purum fuisse et legitimum iudaeum esse suadenda: sicut iam et superius memorauimus. Sed et commentarios quosdam Simachus ipse scripsit: in quibus conuincit de euangelio secundum Mattheum auctoritatem sue heresis confirmare. Hec ipse Origenes cum interpretatione ipsius Simachi scripsit se apud Iulianum quendam reperisse: quod se diceret hos libros ab ipso Simacho suscepisse.

De Ambrosio et studio Origenis. Caplm. XV.

Ecclesiastice historie

In his et Ambrosius quidam vir et genere et litteris satis clarus cum Valentini dogmatis sectator existeret: in veritatem catholice fidei ab Origene conuictus: et tanquam veri luminis splendore radiatus: relictis errorum tenebris ad ecclesie se catholice lucem splendoremque conuertit. Sed et alij plures eruditij viri et in scientia litterarum admodum nobiles: cum de Origene gloriosissima per omnem locum celebraret opinio certatim confluere ad eum: vel ob certamina commouenda: vel quibus rector inerat mentis sententia ad audiendam tenendamque veritatem. Innumerum etiam ab hereticis venientes conuicti per eum et penitentes ab errore cessabant. Philosophorum quoque opinatissimi quique et qui in summo nomine habebantur tam in nostris eum quam in suis magistrum incomparabilem fatebantur. Erat namque et mos iste ut si quos nostrorum adolescentulorum ingeniosos videret: et lectioni satis deditos: traderet eis etiam ea quibus philosophi velut primis elementis discerere imbuerent. id est vel geometrie partes: vel arismetrice discipline: et si qua alia ad instructionem pertinent disputandi. Si quando igitur necessitas poposcisset: ut aliqua de libris philosophicis explanaret etiam ab ipsis eruditissimis in illa disciplina viris cum tanta admiratione audiebatur: ut sumus apud illos: et quasi vnus ex veteribus et primis illis auctoribus philosophus haberetur. Multos etiam ideotas et imperitos ad discendum cohortabatur dicens. non parum ad intelligentiam scripturarum emolumentum eis conferri: si aut in liberalibus litteris aut etiam in philosophicis exercerentur. Dicebat enim hanc nostram veram esse philosophiam: cum partes illas grecorum que vera non est philosophia precepisset. Non ergo aiebat idcirco debere partes suas omittere veritatem: quia eas sibi preueniens falsitas vendicasset. Denique existunt testes studiorum eius plurimi etiam apud philosophos. quorum nonnulli libros suos ad ipsum scribebant: alij autem iudicio eius comprobandos deferebant. Denique

etiam ille qui apud Siciliam aduersum nos libros conscripsit: Porphyrius: quibus diuina volumina criminatur: cum ad explanatores eorum venisset: nec inueniret aliquid in commentarijs Originis cui culpam possit ascribere ad conuicta et male dicta se vertit: et maculas ei infigit omnium apud nos laude dignissimas: in quibusdam quidem vere dicendo: in quibusdam autem more suo falsa fingendo. Et nunc quidem eam tanquam philosophum miratur. Hunc vero tanquam christianum notat. Audi denique quibus verbis de eo persequitur. Adherent inquit de christianis loquens ineptius iudicari scripturaz: in quibus cum absolutio vel explanatio nulla sit: ad quasdam se narrationes incongruas inconuenientemque conuertit: que non tam explanationes sint in his que obscura sunt quam laudem plausumque differentibus conferant. Nam ea que moyses agresti et simplici sermone conscripsit diuinitus sancta: et figuris atque enigmatibus obiecta confirmat: atque ingentibus repleta mysterijs inflati mente ac tumidi obturbato in semetipsis rationis humane iudicio sacramenta puant: in quibus imperitus et agrestis scriptor explicare se non valet. Et post aliquanta iterum dicit. Huius autem absurde expositionis initium processit a viro: quem etiam ego adhuc cum essem valde paruulus vidi artem totius eruditionis tenentem sicut etiam ex his que posteritatis memorie tradidit voluminibus comprobatur. Origenes hic est cuius ingens gloria inter eorum magistrum habetur. Hic namque auditor Ammonij fuit: qui summam inter philosophos predecessores nostrorum tenuit. Sed Origenes quantum quidem ad eruditionem pertinet litterarum totum pene in semetipsum transfudit magistrum. Quantum vero ad vite rectitudinem et sanum propositum spectat doctori contrarium iter abiit. Ammonius quippe cum christianus fuisset a paruulo: et christianis parentibus genitus: postquam ad etatem sapiendi ventum est: et philosophie sanuam contigit: continuo ad legitimum vite se contulit cursum. Origenes

e contrario cum esset paganus: et gentilibus, id est grecorum studiis, eruditus ad ritum religionis barbarus declinavit, quo se conferens omne illud perclarum ingenium philosophicis litteris expoluit, vicia vitae atque corruptit, dum vitam quidem tanquam christianus et impius agit, doctrine vero et eruditionis grecorum perfulgidum lumen ineptis et fabulosis narrationibus occupavit. **A**sscensus quippe fuerat omnia platonis secreta. **I**nstitutus fuerat in libris **A**leumenij et **T**ronij et **A**pollo fanis et longini, **S**ed et moderati atque nicomachi. **I**n peripateticis vero summorum viros non cum latuere commentarij. **A**ttigit etiam **C**heromonis **S**tolci et **C**ornuti volumina: et quibus omnibus secreta quaecumque et mystica apud grecos habent assumens: ritum barbaro et superstitionibus iudaicis coaptavit: ac philosophorum gloriam ad dogmata externa et peregrina convertit. **H**ec Porphyrius in tertio adversum christianos libro scribit in vno vera: in altero falsa commemorans. **N**am de studij et ingenij potentia supra dicti viri: hanc perculam se habet veritas retulit. **Q**uod vero de superstitione gentili ad christianorum cultum commemorat eum esse translatum: et **A**mmonium a christianis ad errores paganorum delapsum manifestissime sefellit. **O**rigeni quippe fides et disciplina christi ab avibus atque artibus servabatur. **N**am de patre martyre paulo ante retulimus. **A**mmonius vero fidem christi quae etiam inter philosophica studia integram illi servatamque servavit: quo ad usque ultimum vite spiritum exalaret: testes sunt libri eius qui etiam nunc habentur luculentissime de nostra religione conscripti, et praecipue volumen illud quod de **M**oysae atque iesu consonantia scripsit. **S**ed et multa alia perclara eius opuscula: quae ab studiosis quibusque permagnifica habentur. **H**ec autem diximus etiam inimicorum testimonijs probare cupientes: quam mira et apud ipsos habita sit **O**rigenis eruditio vel doctrina. **I**pse vero de se respondens quibusdam qui ei per huiusmodi studiis obrectabant ita scribit. **C**um vero ad verbi dei studia convertissem: et fama de nobis celebris haberet: atque ob id

nonnulli philosophorum: vel ad percontandum: vel ad oblitendum adire nos et congrederi convenirent: hereticorum quoque quae plurimi ad impugnandos nos excitarentur: visum mihi est vel philosophorum vel hereticorum dogmata diligentius perscrutari: ne ad convincendos eos si ignorarem quae apud ipsos sunt imparatio: invenirem. **H**oc autem facimus: exemplum sequentes poris nostris apostolici viri **P**antheni: qui in grecorum studiis et philosophiae eruditionibus quae maxime effloruit. **S**ed et **E**raclee qui nunc apud **A**lexandriam cathedram presbyterij adornat: quem ego apud magistrum philosophorum reperit: illi studiis aliquot iam annis operam dante usque ego omnino vel inciperem. **I**ntantum autem nihil ex hoc super dicto viro obrectationis exortum est: ut etiam communem habitum quem prius gesserat deponens: philosophica assumeret indumenta: quibus usque ad praesens vitam non destitit: libros quoque philosophorum legere: et in his exercere nunquam cessat. **H**ec ipse per se querulis quibusdam respondens scribit. **P**er idem vero tempus cum apud **A**lexandriam in verbi dei studiis exerceretur: adest vir quidam militaris epistolas ei a **D**emetrio episcopo: sed et praefecto tunc **E**gyptia duce arabiae deferens cum omni velocitate et instantia **O**rogenem illo usque orantis emittit: ut sibi de fide christi quas per se clarissime predicari frequens nuntiabat fama differeret. **A** quibus exortus: abiit: edocuit: crediderunt: rediit. **P**ost aliquantum vero tempus apud **A**lexandriam bello civili exorto: alius alio ipse ad **P**alestinae partes secessit et apud **C**esaream morabatur: ubi et disputandi in ecclesia: atque explanandi divinas scripturas ei ab episcopis influebat officium. **E**t quidem nec dum presbyterij sibi ordinatione collata: sicut relatum invenimus in epistola **A**lexandri rescribentis **D**emetrio post multum tempus haec ipsa culpanti. **S**cribit autem hoc modo. **Q**uod autem addidisti in litteris tuis: quia nunquam auditum nec aliquando factum sit: ut presentibus episcopis laici disputent: **N**escio quam ob causam tam apertum mendacium asserere volueris: cum pietudo haec sit ut sicut

Ecclesiastice historie

inuentant qui possint fratres obstruere in ecclesia: et consolari populum ad tractandum semper a sanctis episcopis iuvent: sicut **E**uelpius a fratre nostro **A**eone apud larandos: et **P**aulinus a **C**elso apud iconium: et apud synnada **T**heodorus ab attico. Non autem dubium est quod et alij plurimi in alijs locis (si que sint) qui possint opus dei in verbo et doctrina competenter exple- re: ad hoc ipsum a sanctis episcopis inuidentur. Sed hec postmodum gesta sunt. Tunc vero rursus **D**emetrius litteras misit ad eum per electos viros dyacones ecclesie **A**lexandriam redire: et suo operi insistere omni cum affectione depolcens.

De episcopis qui tempore Origenis fuerunt.

Capitulum. XVI.

Azobant autem per idem tempus plurimi disertissimi in ecclesijs viri: quorum epistolas quas ad se inuicem dabant reperimus in hierosolymorum bibliotheca ad nos usque seruatas: quam destruxerat vir eruditissimus de quo superius memorauimus **A**lexander loci ipsius episcopus. Unde et nos (ut fateamur quod verum est) totius huius operis nostri et historie conscribende materiam sumpsimus. **E**rat autem inter ceteros **B**erillus scriptori precipuus: qui et ipse diuersa opuscula de reliquit. **E**piscopus hic fuit apud **B**ostram arabie urbem maximam. **E**rat et nihilominus et **Y**politus: qui et ipse aliquanta scripta de reliquit episcopus. **V**enit ad nos etiam **S**aij cuiusdam disertissimi viri disputatio aduersum **P**roculum catafriga: habita in urbe roma ante episcopo **Z**epherino. **Q**ui cum argueret **C**atafriga quod nouas sibi quasdam scripturas presumeret: ipse inter cetera **P**auli apostoli tredecim esse epistolas asserit: eam que ad hebreos scripta est non commemorans: que etiam nunc apud latinos putatur non esse **P**auli apostoli. **V**erum **A**nthonino septem annis et sex mensibus imperio sumato **D**acrius successit. **Q**ui cum post annum fuisset defunctus alius **A**nthoninus regni romanum suscepit principatum. **C**uius primo imperij anno episcopus urbis romae **Z**epherinus diem obiit: decem et octo annis sacerdotali functus officio. **P**ost hunc **C**alis

stus sacerdotium suscepit. **Q**uo quinquaginta annis administrato post sui finem sedem dereliquit **Y**rbano. **P**ost **A**nthoninum vero romanum imperium quod ipse solus quatuor annis tenuit **A**lexander suscepit. **L**ucetiam **A**scleptade apud **A**ntiochia defuncto **P**hiletus in episcopatum succedit. **A**lexandri vero imperatoris mater **D**amea nomine deraris religiosa femina: cum de **O**rigene fame magnifica ubique et celeberrima haberetur: ita ut ne principum quidem lateret aures compta opinione viri summo nisu gestire cepit: quatenus sibi eius presentia fieret: ut in litteris: in sermone: in fide: in prudentia: omnique doctrina quam cunctis in admiratione esse cernebat per semetipsam sumeret documenta. **I**gitur antiochia ubi per idem tempus debebat nullis militaribus viris cum omni honore et supplicatione ad se: tamquam vere diuini verbi interpretem famulumque dei orat venire. **Q**uo cum venisset: et quantum oportebat operis expleisset ac temporis: omnibus rite peractis que ad verbum dei et gloriam domini spectant: stabilemque ac firmos in fide quos instruxerat derelinquens: presentia quam fama longe clarior factus ad proprias scholas **A**lexandriam rediit.

De ypolitii libris. **C**apitulum. XVII.

In illis diebus ypolitus: de quo paulo ante memorauimus in cetera scripta sua libellum de pascha scriptum edidit. **I**n quo cum descriptionem quandam temporum faceret de sedecim annorum circulo qui in pasche ratione obseruari debet: nescio quam supputationem secutus vniuersa tempora intra primum **A**lexandri imperatoris annum concludit. **S**ed et alij libelli eius peruenerunt ad nos. **I**d est in exameron: et in ea que post exameron scripta sunt et contra **D**arcionem: et in cantica canticorum: et in parte quandam **E**zechielis prophete: et contra omnes hereseos. **S**ed et alia apud alios opuscula eius inueniri certum est. **E**x illo tempore etiam **O**rigenes conscribendi commentarios in scripturas sanctas initium sumpsit: impellente se **A**mbrosio: et multavi precum obsecrationumque cogente. **Q**uique sibi **A**mbrosius tantum studij adhibuit ut omnia que in hoc opus essent necessaria

affatim atq; affluenter pberet. Notarios septem adhibuit: qui ei incessabiliter astarent: quicq; sibi inuicē illo pene indefinenter dictante succederent. **S**criptores q; alios tantos. **S**ed et puellas appime erudititas in scribendo totidem numero in h ipsum vacare fecit. **O**mnib; quoq; extrinsecus necessarijs abundatissime ministratis: quotidianū de illo opus verbi dei volentis et religiosus compulsor exorgebat. **S**ed et ipse ex se ingens studij in eruditione verbi dei adhibebat. **U**nde maxime dignus videbat cui istud impenderetur officij: et cui quicquid archani et absconditi in sacris litteris reconditū est panderet.

Quo Origenes psbyter factus est.
Caplm. XVIII.

Interea Urbanus eps in urbe roma octo annis administrato sacerdotio Pontiano sedem reliquit. **P**ost Philetū apud Antiochiā Zebennus ecclesiam suscepit. **Q**uo in tpe Origenes rogatus est ab ecclesijs q; sunt apud Antiochiā ut illo vsq; p cōuincendis hereticis qui tibi liberius cōualuerant pueniret. **Q**uo cuz pergeret et iter necessario ageret per palestīnam psbyter apud Cesaream ab illius pūnce ep̄is ordinat. **P**ro hoc autē que aduersus eum inhumani lūor accenderit: et rursus p defensione eius que gesserint hī qui eccl̄ijs psidebant: quantaq; alta p eo qd in pdicatioe verbi dei satis clare efflouerat mota sint: ppriam qdam singula queq; hystorīā requirūt. **T**amen et nos in sc̄do libro tres apologias ex parte quadam perstrinximus: vnde facilius agnoscere potest qui scire desiderat. **I**nterea iugi et p̄tinuato labore in explanatioe diuinorū voluminū psistebat siue alexandrie siue apud cesaream positus: sicut et ip̄s eius cōmentarijs indicat. **E**xponēs sane pmū psalmū designat etiam ipse qui sit canon veteris testamēti: hoc modo scribens. **N**on est ignorandū inquit vīginti et duos libros esse in canone veteris testamēti: sicut hebrei tradunt fm numerū sc̄z elementorū que apud ipsos habentur. **E**t paulo post addit. **H**ec sunt autē vīginti

et duo libri. **G**enesis. **E**xodus. **L**euiticus. **N**umeri. **D**eutronomij. **J**esu naue. **J**udicū. **R**egnorū pmus et secūsus vnus liber est apud illos: que noiant **S**amuel. **I**tem tertius et quartus vnus est apud ipsos: que appellant regnum **D**avid. et **P**arali p̄pomenō pmus et secūsus in vno habent. quem dicūt sermones dierum. **H**el dras pmus et secūsus in vno est. **I**tem liber psalmoz. **S**alomonis p̄ouerbia. et alius **E**ccl̄iastes. et tertius eiusde; **L**antica canticorū. **S**ed et duodecim p̄phetarū liber vnus est. et **E**saias p̄pheta. **D**ieremi as. **E**zechiel. **D**aniel. **J**ob. **H**ester. **I**n his concludunt canonē voluminū diuinorū **N**achabeorū s̄o libros extrinsecus habent. **D**e noui autē testamēti canone in libro p̄mo cōmētarioz euāgelij fm **M**atthei hoc modo scribit. **E**t traditione inquit didici de quatuor euāgelij: quia hec sola absq; vlla contradictione suscipi debent in oib; que sub celo sunt eccl̄ijs dei. **I**ta etiam tradiderūt patres: quia p̄mo omnium scriptum sit euāgelij a **M**attheo qui aliquādo fuerat publicanus: hebraicis litteris: et traditū his qui ex circūcisione crediderant. **S**c̄dm vero scripturū esse a **M**arco: iuxta ea q; sibi tradiderat **P**etrus. de quo et in ep̄stola sua cōmemorat dicens. **S**alutat vos filius meus **M**arcus. **T**ertij esse fm **L**ucam: quod **P**aulus apl̄us collaudat tanq; his qui ex gentibus crediderant scriptum. **S**uper omnia vero euāgelium esse **J**ohannis. **D**e apostolicis quoq; litteris ita dicit. **I**severo q; idoneus dicit factus est minister noui testamēti: nō littera sed spiritu paulū dico: qui repleuit euāgelium ab hierusalem in circuitu vsq; ad illyricū. **N**ec ad omnes ecclesias quas docuerat scripsit: sed quatuordecim solas ep̄stolas: et in ip̄s plures breuissimas scripsit. quibus et nō nulli de ea que ad **H**ebreos scripta est dubitauerint: p eo q; non videatur in ea seruari eius illa sentētia quam de se ipse p̄nunciat: dicens se imperitum esse sermoe. **S**ed ego dico sicut mihi a maioribus traditum est: quia manifestissime **P**auli est: et semper om̄s antiqui maiores nostri ita eam vt **P**auli ep̄istolam susceperunt.

Ecclesiastice historie

Si vero requiras a me per quē sit eius sermo compositus: p̄certo quidē deus viderit. Opinio t̄m̄ que ad nos vsq; puenit h̄m̄ōi est. **A** quibusdam dicebat q̄ Clemens ap̄loꝝ discipulus et ep̄us vrbis romę greco eam sermone: nō tamen sensib; expolierit. Alij q̄ Lucas qui euangeliū scripsit et actus ap̄loꝝ. Petrus vero super quē christi fundat ecclesia duas t̄m̄ modo ep̄istolas scribit: e quib; a nōnulis et de secūda dubitat. Iohes quoq; q̄ supra pectus dñi recubuit post euangeliū scribit et apocalipsim: in qua tamen reticere iussus est quid septem tonitruoz voces locute sint. Scripsit autē et tres epl̄as in quib; due pb̄ueues. De quib; et apud q̄sdam dubia sententia est. De his quidem talia.

¶ Quō Eracles apud Alexandriam suscepit sacerdotium.

¶ Caplin. XIX.

Iterea decimus erat annus su pradicti principis romanoꝝ in quo Origenes ex Alexandria p̄fugus Celsareā venerat: Eracle vni ex discipulis pb̄atissimo (de quo sup̄ius dixi) Catheceseos auditoriū derelinquēs. Nō multo autē post et Demetrius ep̄us defunctus est quadraginta et trib; annis ep̄iscopatu illius eccl̄ie ministrato. cui succedit sup̄dictus Eracles. Per idem tēpus erat in ep̄is magnificus Firmilianus capadocū gētis vrbis celsaree. Hic tantū venerationis erga Origenem scientie et doctrine gratiam habebat vt indefinenter constringeret eū secū morari. Sed et ip̄e derelicta ecclesia ad sp̄m̄ p̄perabat: et vtebatur religiosa quadā v̄cassitudine: dū ip̄m̄ modo ad instructionē sue ecclesie illo euocaret: modo ip̄se sui p̄fectus gratia ad sp̄m̄ p̄geret: et docēt ei dieb; ac noctib; assideret. Sed et Alexander quē hierosolymorū ecclesie p̄esse sup̄ edocuimus: et Theotistus qui apud celsaream gubernabat ecclesiam: omne pene v̄te sue tēpus ad audiendū eū mancipabant: atq; ipsi soli in diuinis scripturis et ecclesiastica doctrina suā mā magisterij p̄cedebant.

¶ De p̄secutione Maximini.

¶ Caplin. XX.

Alexandro vero impatori post tredecim annos p̄ncipatus sui defuncto Maximinus cesar succedit. Qui dū odio fertur aduersum decessoris sui Alexandri domū p̄secutiones comouit ecclesijs: ita tamen vt eos tantū mō qui p̄p̄lis p̄erant et doctrine p̄n̄tre iuberet: velut que causam ceteris h̄m̄ōi p̄suasiones p̄berent. Tunc Origenes lib; de martyrio ad Ambrosiū scribit. Qui cū ad plurimos puenisset tanq; neruis quibusdam validissimis stabiliti sponte se ad p̄fessionē christi nois offerebant. Et quo et maximus numerus extitit p̄fessoz trib; annis a Maximino p̄secutione comota. In quibus finem et p̄secutionis fecit et v̄te. Post quē Gordianus imperiū suscepit. Ponciano vero sex annis ep̄atu vrbis romę fūcto succedit Antherus. Qui cum mensem vnū nō amplius ministrasset: Fabiano sacerdotiū dereliquit.

¶ De ordinatione Fabiani ep̄i: et mirabili lib; que in ea gesta sunt.

¶ Caplin. XXI.

Tradit autē Fabianū Anthero defuncto cum de agro reuerteret vna cum amicis suis: et vniuersus ecclesie p̄p̄lus p̄ ep̄o delegendo in vnū coisset: atq; alius d̄ alio (vt fieri solet) in talib; conclamarer: nec t̄m̄ vulgi sententia certū aliquid obtineret: astitisse etiam ip̄m̄ inter ceteros scire cupientem qui rei exitus foret. Et subito p̄ dei p̄udentiam columbā celitus lapsam: figuram ferentē illius que in sancti sp̄s imagine super iesum descenderat apud iordanem: sup̄ caput astitisse Fabianū: ad qd̄ spectaculum ora cunctoz oculosq; p̄uersos et om̄s velut vno sp̄u comotos hunc esse ep̄atu dignū p̄ dei iudicium decreuisse: eūq; continuo cathedre impositū et legitimo sacerdotio p̄firmatū. Nō alij super huius: alij sup̄ Zepherini noie gestū tradunt. Tunc etiā apud antiochia ep̄o Zebemno defuncto Babilas ecclesie suscepit p̄ncipatū.

¶ Quanti discipuli fuerint Origenis.

¶ Caplin. XXII.

Aud Alexandriā vero cū Eracles Demetrio successisset auditorium Catheceseos quod ab

Origene susceptū tenuerat Dionisio tradidit: eo q̄ r̄ ipse vnus ex discipulis esset Origenis. Ipse autē cum apud cesaream moraretur: innūeri ad eū nō solum religiōnis ipsius vīri: sed ex puincijs p̄cul positis p̄currebant: r̄ derelicta patria ac parentibz sequebant eū viam dei docentem. In quibz fuit r̄ vīr famosissimus Theodoros ipse qui nō longe a nostra memoria nobilissimus in ep̄is apud pontum Gregorius noīatur: fide r̄ virtutibz atqz scientia p̄ omnia apostolicus. Sed r̄ ei⁹ frater Anthenoros: quos Origenes adolescentulos de auditorio rhetoris retractos studia cōmuniū litteraz in diuina suavitē philosophiā cōmutare. Quicqz apud eum p̄ q̄nquennij tēpus verbo dei operā dantes in tantū p̄fectū diuine eruditōis atqz scientie puenerūt: tantūqz vīre merito r̄ morz cultu enituerūt: vt ab scholis eius imatura adhuc etate ad ep̄atus ponti puincie sacerdotiū vterqz raperet.

De Africano. Caplm. XXIII.

Per idem tēpus erat etiā Africa vnus vīr in scripturis ecclesiasticis nobilis. Huius ep̄istola fertur ad Origenē scripta obijcientis ei vel pponētis q̄ hystoria Susanne que in Daniele scripta est ficta videat: r̄ aliena a scriptura p̄phetica. Cui Origenes magnificētissime rescribēs asserit nequaqz iudeoz cōmentis r̄ fraudibus auscultanduz. Sed hoc solum p̄ vero habendū in scripturis diuinis q̄ septuaginta interpretes transtulissent: qm̄ id esset solum qd̄ auctoritate apl̄ica confirmatū est. Venerūt ad nos etiā alia sup̄dicti scriptoris Africani opuscula: r̄ maxime chronica valde diligenter studioseqz composita. in quibz cōmēorat se Alexandriā p̄perare Eracle op̄inione celeberrima puocatū: quē r̄ in diuinis r̄ in philosophicis studijs atqz omni grecorū doctrina instructissimū fama loqr̄et: quēqz inibi ep̄atus officii suscepisse sup̄ius mēorauimus. Idē quoqz Africanus scribit ad Aristidē quendam de ea que videt euangeliorū dissonantia. r̄ cur Mathē r̄ Luce in generatione t̄pi feratur diuersa p̄scriptio. vbi ostendit euidētissimā vtriusqz cōsonantiā. sicut iam

in primo libro huius operis edocuiamus. Per idem tempus Origenes triginta cōmentarioz libris in partem quādā Esate p̄phete editis in Ezechielē vīginti r̄ q̄nqz athenas p̄ficiēns cōsummare se memorat. vbi r̄ q̄nqz libros primos in cantica canticoz scribit. Alios autem quinqz regressus cesaream cōsumauit. Sed nunc nō opus est opuscula eius enūerare q̄ pene innūerabilia sunt. cū id in eo opere fecerimus vbi beati Panphili vitaz descriptimus: referentes quāta ab eo antiquorū scriptorū volumia: r̄ p̄cipue Origenis bibliotheca cesariensi: quā ille p̄cipuo et nobili studio composuit: consecrate sunt. Si quis ergo nosse vult quanta Origenis volumia in manus nostras venerint inde sumat indiculum. Nunc autē ad hystorise nobis ordinem p̄perandū est.

De Berillo. Caplm. XXIII.

Berillus de quo paulo ante memorauius Bostrane vrbis arabie ep̄us ecclesiasticam docendū regulam violare conatus: pegrina quedam r̄ aliena a veritate docere cepit: asserens dñm r̄ saluatorem nostrum neqz extitisse ante carnis natiuitatē: neqz p̄piaz deitatis habere substantiā: sed hoc solum q̄ paterna in eo deitas habitaret. Pro q̄ q̄ plurimū ep̄i congregati disceptationes cū eo nō minūtas habuere. Sed inter ceteros Origenes magnopere exoratus est venire in conflictū vīri. Itqz p̄mo sensum cum eo disputans quid sentiret diligentius p̄scrutatur. Quo comperto continuo quid absurdū inesset huiuscemodi dissensibz: r̄ quid impietatis talia asserentē consequeret ostendens: abijcere ac respuere male p̄ceptū suavit errorē: r̄ redire ad fidē verā sanāqz doctrinā. Quēqz pene i causis talibz inauditū est: ita errorē ab ecclia depulit vt emendaret nō p̄deret erroris auctorem. Deniqz fert etiam nunc descripta ipsa disputatio Origenis r̄ Berilli: q̄ per semetipaz p̄clari opis eius inditio ē. Et r̄ multa alia ei⁹ filia ad nos gesta dictaqz satis clara r̄ magnifica puenerunt: q̄ nos vel l̄ris ipsius vel maiorū relatione cōperta nunc interim p̄ hystorie breuitate p̄terimus. Que tñ agnosci possent ex ea q̄ scribitur

Ecclesiastice historie

pta est a sancto **P**amphilo martyre apolo-
gia p ipso vna mecu. Quā vt cobiben-
dos q̄rulos inuicem nos iuuantes cōmu-
ni studio ac labore cōscripsimus.

De Philippo imperatore.

Caplm. XXV.

Alexandrianus cū p sex annos
romanū gubernasset imperiū:
Philippus vna cū Philippo fi-
lio succedit. De h traditū nobis est q̄ chri-
stianus fuerit: et in die pasche, id est in ip-
sis vigilijs cum interesse voluisset: et cō-
scire mysterijs ab ep̄o loci nō pus esse p-
missus: nisi p̄fiteret peccata sua et inter pe-
nitentes staret, nec yllō mō cop̄iā sibi my-
steriorū futurā: nisi pus p penitentiā cul-
pas que de eo ferebant plurime diluisset.
Fuit igit libenter eū qd a sacerdote im-
peratū fuerat suscepisse diuinū sibi inesse
metū: et fidē religionis plenissimā rebus
atq; op̄ib; cōprobans.

De Dionisio episcopo.

Caplm. XXVI.

Huius tertio imperij anno **E**ra-
clas apud Alexandriam sexto
anno ep̄atus sui diem obiit: lo-
cūq; sacerdotij **Dionisius** suscepit. Quo
tpe sexagesimū agēs **Origenes** etatis an-
nū posteaq; et vsu et p̄iculis et laborib; pl̄i-
mū fiducie in verbo dei acceptat p̄mississe
feri ea que ex tpe in ecclesijs dissebat a
notarijs excipi: nec ante vnq; dedisse hāc
copiam: nisi cum id sibi et vite grauitas et
etatis maturitas et multe experientie con-
cessisset auctoritas. Tunc aduersum quē-
dam **Celsum** ep̄icuru p̄m: qui p̄tra nos
libros p̄scripserat octo voluminib; respō-
dit. Tunc et in euangelij s̄m **Matheum**
viginti q̄nq; cōmentarioz libros edidit: et
in duodecim p̄phetas q̄ plurima cōmen-
tatus est. Ex q̄b; ad nos vsq; viginti tm̄
et q̄nq; volumina puenerūt, sunt eius et ad
imperatorē **Philippum** ep̄le: et ad vtorez
eius **Seuerā** absq; yllō adulatōis fūco
scripte. Scribit et ad **fabianū** vrbis rome
ep̄m: et ad alios q̄ plurimos ecclesiarū p̄n-
cipes de catholica fide sua. De quo euidē-
tius in sexto apologie nostre p ipso volu-
mine cōphendimus. Sunt et alie eius
ep̄le ad diuersos scripte: quarū nos inte-

rim centū nūero inuenire potuimus: atq;
in libros digestas memorie tradere.

De Araboz discessione.

Caplm. XXVII.

Et tempore in arabie partib;
extiterūt q̄dam assertores do-
gmātū pueroz: dicentes aias
hoim p mortē cum corporib; interire: pa-
ritur et corrūpi. rursus vero in tpe resurre-
ctionis denuo cū corporib; suscitari. Ad
quē morbū ab ecclesia depellendū cū in-
gens ep̄oz p̄clium puenisset: itez **Orige-
nes** rogat ab omnib; interesse et facere ser-
monē. Tūq; coram om̄i sacerdotū p̄clio
disputaret: tā magnifica fuit eius oratio:
vt om̄es eos quos noui dogmatis error
inuoluerat ad fidem rectam et sensum ca-
tholicum reuocaret.

De heresi Helchetsarum.

Caplm. XXVIII.

Erit etiam alia heresis p̄ illud
t̄ps que dicit **Helchetsarum**.
Quā ille statim vt v̄sa est appa-
ruisse restrinxit. Facit aut eius mentionē
cū de octogesimo et secūdo psalmo in ec-
clesia disputaret: hoc modo dicens. **Ve-
nit** q̄dam in his dieb; qui sibi magnū al-
quid et supra ceteros sapere videret: asse-
rere volens qdā impia et absurda defen-
dens heresim quandam **Helchetsarū** q̄
nuper exorta est. Et tamen qui sint q̄ ipsa
heresis asserant indicabo vob;: ne cui for-
te vestrum surripatur ignaro. **Isti** ergo
quedam de scripturis sanctis refutant: et
rursus vtunt̄ testimonijs de nouo et vete-
ri testamento q̄b; volūt. **Apostolū** tamē
Paulū ex integro respuūt: et asserūt: q̄ in
persecutionibus si quis negauerit nihil
criminis habeat: p eo q̄ is qui fixus est
in corde suo: etiā si ore negauerit p necessi-
tate: corde tamen in fide permaneat. **Hec**
asserunt: et libz quēdam circūferunt quez
dicunt de celo lapsum. cuius verba si q̄s
audierit: remissionē accipiat peccatorum
aliā p̄ter illam quā christus dedit.

De Decio. Caplm. XXIX.

Interea **Philippo** sex annis p̄n-
cipatu administrato **Decius** suc-
cedit. Qui p eo q̄ infestus esset
Philippo: p̄secutionem ecclesijs suscitauit.

In qua Fabianus in urbe roma martyrio coronatus: sedem sui episcopatus Cornelio dereliquit. In hierosolymis vero Alexander episcopus rorum per confessionem christi iudici sustinuit: et vinculis carceris traditur. Quis cum longevae etatis veneranda canicie perfulgeret: posteaque frequenter passionibus suis et cruciatibus glorificaverat dominum dum de vinculis ad tribunal: et a tribunalibus revocatus ad vincula: iter ipsa vicissim sibi succedentia tormenta defecit. Huic in sacerdotio Nababanes succedit. Apud antiochia vero silem per omnia Babylas Alexandro post confessionem gloriose vite finem sortitur in vinculis. Post quem Fabianus episcopatus officium suscepit. Sed in hac persecutione quanta adversum Origenem gesta sunt: quibusque contra eum pessimus demon artibus cum universo exercitu suo: et quanta intentione pugnaret: utque super omnes ceteros qui per illud tempus per christi nomine tenebantur novae crucis: nova tormenta pulerit: utque pro eo qui in doctrina fidei et veritatis opinatissimus videbatur omnia adversus eum demoniaci furoris arma commota sunt: et ignibus intentatis: ita ut mille mortibus vexatus sit: ne tamen una ei qua exoptabat accideret: quique exitus eum susceperit: persecutore summo studio id gerente: ut nec interitus praestaret: nec pena cessaret: et quales postmodum de his ipsius epistolae scripserit: quas omni miseratione et lacrimis penas: et ipsis manifestius que scripta sunt integras qui agnoscere cupit horum notitiam sumet.

De passionibus Dionisii.

Capitulum XXX.

Dionisius vero Alexandrinus episcopus per illud tempus: sicut et ipsi us epistolae verissime comperimus: in multis sepe confessionibus satis clarus efficitur: et per passionum tormentorumque diversitate magnificus. Denique refertur insectantibus se quibusdam respondisse. Quid insectando laboratis? Caput meum per quo magnopere fatigamini: avulsam cervicibus sumite: et donum magnum ad tyrannum referte.

De martyribus qui apud Alexandriam

passi sunt.

Capitulum XXXI.

Ed et idem ipse ad Fabianum antiochenum episcopum scribens: de his qui sub decio apud Alexandriam agones martyrii desudaverant: hoc modo refert. Non ex precepto inquit imperatoris apud nos persecutio sumpsit exordium: sed anno integro principalia pervenit edicta minister demonum: qui dicebatur in civitate nostra divinus: superstitiosum contra nos exagitans vulgus. A quo multitudo succensa nihil aliud quam propter sanguinem sitiebat. Primum ergo religiosum quendam senem Metranum nomine corripientes: iubent impia verba profere. Quod ille cum facere recusaret: omne corpus eius membratim fustibus colliserunt: vultumque et oculos acutis calamis tebrantes extra urbem cum cruciatibus eiecerunt: ibique qui in eo supererant spiritus lapidibus eiecerunt. Post hec mulierem quandam nobilem Corinthiam nomine ad idola perducens adorare cogebant: recusantem: imo potius execrantem: vincula pedibus innectentes: et per plateas totius civitatis trahentes: sedo horrendoque supplicii genere discerpunt. Dehinc omnes simul irruerunt per domos sanctorum dei: diripientes et evertentes atque hostili crudelitate cuncta sedantes: ita ut preciosioribus quibusque direptis: si qua vlla viliora repererant in vitium congregata igni in plateis cremarent. Nosri tamen direptionem hanc bonorum suorum: sicut apostolus de illis dixit antiquis: cum gaudio susceperunt. Sed et admirandam virginem longevae etatis Apolloniam nomine cum corripissent dentes primo ei omnes effoderunt: congestis deinde lignis extruxerunt rogam: comminantes vitam se eam incensuros: nisi cum ipsis pariter impia verba proferret. At illa ut rogam vidit esse succinum: paululum quod in semetipsa molitur: repente vero se e manibus prostravit impiorum: atque in ignem quem minabantur sponte prostravit: ita ut pretererentur etiam ipsi crudelitatis auctores: quod primis prior inventa est ad mortem femina quam persecutor ad penam. Serapionem quoque domo sua repertum crudelissimis affecere supplicii: ita ut omnes ei iuncturas membro

Ecclesiastice historie

rū pus soluentes: de supioribz eū p̄cipita
rent. Nullum nostris iter erat p̄ vicū: nul
lius platee trāsitus indulgebat: neq; die
neq; nocte p̄cedēdi vsq; libera erat facul
tas. Ut em̄ q̄s nostrorū apparūisset in pu
blico: statim clamor vulgi z seditio nasce
batur: vt vel pedibz traheret q̄ visus esset
vel igni succenderet. Verum cū hec ma
la p̄ dies singulos auerent: subito inter
ip̄os p̄secutores rabies quedam belli ci
uilibz exarsit, z dum inter se seditionibz p̄
lūsq; decertant: interim nobis paululum
licuit respirare. Sed nō in longū venia
fuit. Continuo nāq; crudelissima p̄ncipū
mittunt edicta: quibz tāta aduersum nos
ferebat imanitas: vt fm̄ q̄ p̄dictum est a
dño si fieri potest scandalizent etiaz electi.
Ex quo p̄teritis pene omnibz quidaz ex
ip̄is nobilibz statim se sponte impijs acti
bus ingesserūt. Alij cōuenti tantūmodo:
nōnulli a domesticis p̄ditū: ad sacrificia
erecanda z ad imundas hostias p̄pera
bant: alij ex his pallentes z tremētes:
vt magis imolari ip̄si quā imolare idolis
viderent: ita vt etiam ab inspectanti vul
go irriderent, eo q̄ z ad moriēdū z ad sa
crificandum iuxta meticolosi videbant.
Alij sane tam impudenter ad aras p̄stite
bant: vt z affirmare nitebant: se nūq; chri
stianos fuisse. **Hij** erant de quibz p̄dicte
rat dñs: qm̄ pecuniā habētes difficile sal
uabunt. Ceteri vero aut istos sequebant
in p̄ceps: aut certe vertebant in fugā. **Ex**
quibz nōnulli comprehensi: z in carcerem
missi, alij ad p̄mā statim iudicis faciē ne
gauerūt fidem, aliquanti paululū suppli
ciz toleratis ad vltimum deciderūt. **Hij**
vero q̄ beati effecti sunt tanq; colūne for
tissime dñi ipsius spiritu p̄firmati: p̄ fidei
sue merito virtute a dño p̄cepta: admirā
da deo z angelis martyrij sui spectacula
p̄buerunt. Quorū p̄mus erat venerabilis
Julianus podagra p̄strictus: ita vt neq;
incedere: neq; stare posset: cū his qui cum
in sellula portabant offerret. Quorū vnus
quidem statim negauit. Alius vero noīe
Eunius cū **Juliano** sane in dñi iesu chri
sti cōfessione perdurat. Quisq; iubent cas
melis impositi p̄ omnē circūducl civitatē
z flagris hincinde verberantibz populo

spectante lantari: vsq; finem vite in ip̄s
verberibz ponerent. Sed vir quidā mili
taris cum assisteret: z quosdam volentes
etiam mortuis illudere cadaueribz p̄hibe
ret: clamor repente aduersum eum totus
vulgi extollit, offerret iudici fortissimū mi
les iam dñi: z nusq; se inferior factus: in
cōfessione persistens capite p̄ pietate dñi
natur. Alius q̄dam vir noīs sui **Dacha
rius** gente libicus: cū multis verbis a iudice
ad negandū suaderet: z eo maiore cō
stantia fidem suā p̄fiteret: viuus ad vlti
mū iubet exuri. **Epimachus** quoq; atq;
Alexander cum multo tempore z in vni
culis z in cruciatibus carceris torti: eti
am frequenter z diuersis supplicijs con
fecti perdurassent in fide: ignibz ad postre
mū consumi iubent. Sed z mulieres cū
ip̄is q̄tuor. In quibz **Ammonaria** sancta
p̄go aduersus quā iudex sūma p̄tentione
vtebat: z imensis eā atq; ex q̄sitis cruciatibus
affligebat: eo maxime q̄ eius senten
tiam vicerat cupiebat: qm̄ laudabili voce
decreuerat nihil se p̄sus eorū q̄ sibi p̄ra
fas impabant acturā: statuti iui tenaz: ad
vltimū capite puniri. **Secūda** eius fuit p̄
go **Mercuria** noīe: anus venerabilis: et
fecundissima in filijs, sed quos nō pretulit
x̄po **Dionisia**: z alia **Ammonaria**. Que
dū nimia vtunt p̄stantia apud iudicem: z
ille vinci erubesceret a feminis: inauditis
tormentorū generibus toleratis: sine oim̄
ferro cedente suscipiunt. **Heron** quoq; et
Arfinus: z **Isidorus** egyptij: cū **Pueru
lo** annoz q̄ndecim **Dioscoro** iudici offer
runt: z p̄mo oim̄ puerulū **Dioscoro** tanq;
p̄ etate facile flecti ante verbis: post etiam
verberibz agit. Que cū in nullo sibi cede
re videret: ferocius eum cruciare p̄tendit.
Tum deinde ceteros varijs tormētis di
lantans: cum partim modo p̄stantia fidei vi
deret armatos: tradi ignibus iubet. **Dio
scoz** vero puerū q̄ sibi p̄stanter z sapient
in omnibz respondisset admiratus: differ
ri p̄cepit: sperans eū p̄ etate penitudinem
gesturū. Qd̄ nō tam tyranni miseratione:
q̄ dñi p̄uidencia ita gestus est. Nunc em̄
nobiscum est **Dioscorius**: a deo nobis cō
cessus ad p̄solationē: z firmamentū popu
li sui. **Nemesius** quoq; etiaz ipse egypti

pmo p calumniā quasi latro delatus est
 Duo crimine abluto: post hoc christianus
 esse refertur. In hoc vero nulla a iudice
 moderatio reuerat: sed geminatis suppli-
 cijs et cruciatū cum latronib; iussit incen-
 di. ignorans q; crudelitate sua optio mar-
 tyri saluator; similitudinē detulit: q; p sa-
 lute humani generis vna cū latronib; p-
 tulit crucem. Turna autē qdam in vnu cō-
 uenerat militū: inter quos Ammon et Ze-
 nō: et Theolomeus. et igenuus et grande-
 uus Theophilus. Qui tribunalib; astan-
 tes: cū quidā christianus a iudice torque-
 ref: et iam pene ad negandū declinaret: di-
 rūpebant intra semetipos: et vultu: oculi:
 ac nutib; velut erigere conabant illum q;
 in supplicijs positus trepidabat. Interdū
 etiam manus ptendere: ac totius reliqui
 corpis motib; et habitu diuerse inclinati:
 tanq; subleuare lapsantes animos gestie-
 bant. Conuersi vero ad eos oēs: et qd de
 semetipsis pferent: ex eoz motib; agno-
 scentes: pus pene q; in eos vulgus cla-
 morib; insiliret: ipsi in mediū pūpunt: ac
 sese christianos esse testant. Tunc s;o ver-
 sa vice ex eoz pfidētia psecutorib; terror:
 nostris pstantia animi accrescit: dum hī
 qui p tormenta vincī putabant sponte se
 cruciatib; offerūt: et ab his qd illi p terro-
 rib; inferebant: velut p quadaz specie vo-
 lupatis expetit: deo ita triūphante p san-
 ctos suos. S; nec Scironis opus me-
 morabile fas est silentio pterire. Is nāq;
 cū rem cuiusdam potentis sub mercede p-
 curaret: iubet ab eo idolis imolare. Recu-
 sans: cogebat iniurijs persistens: rursus
 blandicijs mulcebat. Cum vero vtrunq;
 ptemneret: pcuta sude validissime trans-
 uerberatus p media viscera neci traditur:
 Quid vero memor est quante multitudi-
 nes in desertis et in montib; oberrantes:
 fame: siti: frigore: languore: latronib;: be-
 stijsq; cōsumpte sint. q; omnes imitati ele-
 ctos dei pphas: glia martyri coronati sūt
 Dentq; et venerandus senex Theremon
 epus hīcerat vrbis egypti q; dicit Hylō-
 polis: cū ad arabicū montē vna cū gran-
 deua pūge discessisset: nulli vltra apparu-
 it. Et cū ad perqrendū euz plurimi fratru
 frequentissime pcessissent: pscrutatis oib;

locis: neq; ipsos vltra quisq;: neq; corpa
 eoz potuit inuenire. Hec aut non frustra
 cōmemorauit frater charissime: s; vt scias
 qnta apud nos a sanct; martyrib; ad dei
 glia gesta sint.

De his que scribit Dionisius.
 Caplm. XXXII.

Et post pauca addit etiā hec di-
 cens. Isti igit diuini martyres
 qui cū christo in celestib; sedēt et
 regni eius pncipes sunt atq; iudicij q; cū
 ipso de lapsis fratrib; iudicant isti inquā
 ipsi susceperūt lapsos: et penitentiam con-
 uersioneq; eoz nō respuerunt: scientes q;
 deus noster cuius ip; si erant martyres: nō
 vult omnino mortem morientis: sed puer-
 sionē eius et penitentiam querit. Si ergo
 isti receperūt quosdam: et in ecclia statue-
 rūt. in oratione quoq; eis et in cibo cōmu-
 nicauerūt. Quid nos facere vultis frēs?
 Quid nobis agendū putatis? Nonne se-
 qui nos eoz sententias et iudicium cōue-
 nit: atq; erga eos quos illi miserati sūt nō
 existerē crudeles et truces? Non puto q;
 expedit nobis sententias eoz in irritum
 reuocare: miseratiōes infringere: benefa-
 cta turbare: et recte religiosq; instituta vi-
 olare.

De Nouato. Caplm. XXXIII.

Et Dionisius de lapsis facies
 sermonem: quo tempe Nouat-
 us romane ecclie pbyter cla-
 tione quadaz tumidus spem penitus eis
 salutis adimebat: etiam si digne penitiss-
 sent. Ex quo et pnceps hereticos extitit no-
 uacionoz. qui ab ecclia separati superbo
 noie semetipos catharos. id est mūdos
 appellarūt. Ob quā rem pcellū sacerdotia
 le celeberrimū in vberoma pgregatū est
 epoz quidem sexaginta nūero. pbyteroz
 rū quoq; totidem cū diaconis plurimis
 Preterea etiam p singulas quasq; puin-
 cias de hac re magna deliberatione habi-
 ta decretis significatur quid facto opus
 esset. Statuit ergo Nouatus quidez cū
 his q; eū mentis elatione tumidū seque-
 tur. quiq; ad inhūanā iram et nihil frater-
 ne charitatis seruantem sententiam decli-
 narent: alienū esse ab ecclia. eos vero q;
 lapsi in certamine fuerant fraterna misera

Ecclesiastice historie

tionem curandos: et fomentis penitentie medicandos. **S**cribit de hac re et **Cornelius** urbis romae episcopus ad ecclesias antiochenam: indicans **Fabiano** eius episcopo quid statuerit in urbe roma concilium congregatum: quid etiam italici: affrici: ceterisque occidentalibus visum sit. **Cyprianus** vero de his librum magnificentissime scriptum edidit. in quo et lapsos ad penitentiam cohortandos: et tradicentes alienos esse a christi visceribus statuit. **E**rat autem et alia epistola **Cornelii** ad **Fabianum** antiochie episcopi scripta: edocens singula quae de **Novato** quae qualis fuerit vel vita vel moribus et quomodo ab ecclesia christi declinaverit. **I**n qua refertur quod episcopi cupiditate quam intra se latenter gerebat in haec omnia mala deciderit. **E**t eo autem maxime elatus sit quod quosdam de professoribus viros optimos inter ipsa initia sibi socios assumpserit. **I**n quibus fuit **Marinus** quidam presbyter romane ecclesiae et **Urbanus**: qui secundo professor extiterant. **S**ed et **Sidonius** et **Alethinus**: qui valde clari in professoribus habebantur: eo quod omnia tormentorum genera superaverant. **S**ed isti inquit cum diligentius prospexissent agere eum cuncta fraudibus et dolis mendacibus atque periuriis: et quia bonitatem ad hoc solum simularet ut deciperet ignorantes: relicto eo vel potius execratore: ad ecclesiam cum magna satisfactione revertuntur: et presentibus episcopis ac presbyteris sed et laicis viris primo quidem errore suorum: tum deinde et illius fraudes ac fallacias confitentur. **A**ddit praeterea etiam haec in epistola quod cum semper fratribus iurare solitus sit episcopus se omnino non cupere: subito ex improviso velut novum plasma episcopus apparuit: sed qui disciplinam et instituta ecclesiastica vendicabat: episcopatum quem non a deo acceperat presumebat. **T**ribus namque episcopis simplicissimis hominibus et omnium ignorantibus de remota italica parte adhibitis: imo potius subtili ab eo circumventione decipitis: imaginariam magis quam legitimam ab eis extorquebat manus impositionem. **E**t quibus tamen unus continuo ad ecclesias redire confessus peccatum suum: et in communione laicam populo etiam pro hoc interveniente susceptus est. **I**n locum vero re-

liquorum duorum quod **Novato** manus impositione ordinati sunt alii episcopi et missi. **I**s ergo qui evangelium vendicabat nesciebat in ecclesia catholica unum episcopum esse debere: ubi videbat esse presbyteros quadraginta et septem: diaconos septem. subdiaconos septem: acolitos quadraginta et duos: exorcistas et lectores cum ostiariis qui quadraginta et duos: viduas cum indigentibus mille quingentas. **D**uos omnes deus alit in ecclesia sua. **A**ddit autem hoc quod idem ipse **Novatus** in suavitute spiritus immundo veraxtus sit: et cum tempus aliquantum consumpsisset apud exorcistas egritudine incurrit gravem: ita ut desperaret. et quod iacens in lecto pro necessitate profusus sit: nec reliqua in eo que baptismum subsequi solent solemniter adimpleta sunt: nec signaculo crismatis communitus sit: unde nec spiritus sanctus unquam potuerit promereri. **D**enique inquit cum puera quadam gratia diligeret ab episcopo: et vellet eum ordinare presbyterum: clerus vero omnis et quod plurimum ex laicis phibere dicebat non licere clerico fieri eum qui in necessitate positus in lecto graviter persecutus sit: episcopi ab omnibus specialem gratiam poposcisse ut sibi hoc de isto vno concederet. **S**cribit etiam de ipso quod persecutionis tempore cum in cellula quodam lateret: et a diacono (ut moris est) subvenire in exitu cathedrae rogaret: timens procedere: denegavit se esse presbyterum et quod sacramenta dividens populo: accipientium manus teneret: nec plus permitteret sumere quam sibi per ea que uniusquisque tenebat in manibus iuraret: quod nunquam se relicto ad **Cornelium** remearet. **D**ec et multa alia huiusmodi **Cornelius** de vita et moribus ac prophetantis eius actibus scribit.

De Serapione. Capitulum XXXIII.

Dionysius vero de hoc rescribens ad supradictum **Fabianum** intertextit etiam quandam historiam dignam memoria: dicens **Serapionem** quendam fuisse apud **Alexandriam** unum ex his qui lapsi sunt: eundemque sepe depercatum ut susciperetur: nec tamen impetrasse. oppressum deinde hunc esse egritudine: ita ut tri-duo-

iam sine voce prius iaceret: paululū vero quarta die recipiantem vocasse ad se filiā suam et dixisse. Quousque me detinetis. **Q**ueso vos: cito aliquis presbyterū roget: ut possim aliquādo dimitti. Et cum hec dixisset: rursum sine voce permāsit. **A**bijt cursu puer ad presbyterū noctis tempore: infirmabat presbyter: venire nō potuit: tamen quia pceptum fuerat a me ut lapsis in exitu nemo reconciliationis solacia de negaret: et maxime his quos prius id rogasse constaret: parum eucharistie puero qui ad se venerat dedit: quod infusum iussit seni preberi. **R**egrediente adhuc puero: anteq̄ ingrederetur domum: rursum Serapion respiciens: rediisti inquit fili. Et licet presbyter venire nō potuit: tu tamen imple quod tibi pceptū est ut possim discedere. **C**ūq̄ esset completa solennitas: velut cathenis quibusdam vinculisq̄ disruptis letior em iam spiritum reddidit. **E**t quo inquit cōstat certissime huius boni auxilio nullum debere fraudari. **S**cribit etiam ipsi Nouato Dionisius epistolam: cuius exemplum inserere dignum putavi.

V De his que ad Nouatum scribit Dionisius.

Capitulum XXXV.

Dionisius Nouato fratri salutem. Si inuitus ut ais in hoc venisti: ostende in eo si desinas volens. **O**portuerat quidem etiam pati omnia ne scinderet ecclesia dei. **E**t erat nō inferior gloria sustinere martyrium pro eo ne scindatur ecclesia: q̄ est illa ne idolis imoletur: imo fin meam sententiā maius hoc puto esse martyrium. **I**bi nāq̄ vnus quisq̄ pro sua tantū anima: in hoc vero pro omni ecclesia martyriū sustinet. **S**ed nunc siue tu suadere: siue etiā cogere potes fratres redire ad cōcordiam maius tibi est emendationis meritum q̄ fuerit culpa cōmissi: quia illud iam non imputabitur. hoc etiam laude dignum ducitur. **S**i vero illi in incredulitate permanserint: saluās salua animā tuam. **V**ale. pacem desiderans: quā tibi imprecor. **H**ec etiam eadē Nouadano scripsit. **D**edit et ad egyptios

epistolam de lapsorū penitentiā in qua et regulas eis statuit penitendi. **S**ed et multa alia pbatissima ferunt scripta Dionisij. **S**cribit de penitentiā. et cohortatoriū libellum de martyrio ad Origenem: ad laodicensēs et armenios de penitentiā. ad Cornelium quoq̄ vrbis romę episcopū plurima scribit. in quibus etiam hoc indicat inuitatum se a multis episcopis. id est ab Heleno Tharso Cilicie et Firmiliano capadocie et Theotisto palestine: ut ad sinodum antiochiā pergat q̄ ibi Nouati dogmata quedam ferere conarent. **E**t addit q̄ fabiano antiocheno episcopo defuncto Demetrian⁹ in episcopatu successerit. **S**ed et de hierosolymorū episcopo his verbis scribit. **A**dmirabilis autē vir inquit Alexander in carcere positus: beato sine pcessit ad dñm. **E**st et alia ipsius Dionisij epistola ad romanos scripta de ministris. **E**t alia item ad ipsos de pace et de penitentiā: et ad quosdam cōfessores qui adhuc in vrbe roma Nouatū sequebant. **E**t rursum ad eosdem post ea q̄ ad ecclesiam conuersi sunt duas epistolas scribit. **S**ed et ad multos alios varia ac diuersa scribens: studiosis quibusq̄ instructionū et doctrine copiosissimam materiam dereliquit.

Explicit liber sextus.

V Incipit liber septimus historie ecclesiastice: cum capitulorū annotatione.

De Decij et Balli male gestis rebus.

Capitulum I.

Eptimum nobis ecclesiastice historie librū scriptorū suorū cūdat elogijs nobilissimus patrum et clarus in episcopis Dionisius. qui post ea q̄ Decius nō totis duobus annis principatu romani apicis ministrato cum filijs pariter interemptus ē: et Ballus susceptus

44

Ecclesiastice historie

imperii. Quo in tempe etiam Origenes septuagesimo etatis anno non ad integrum expleto defunctus est. Scribens Herma-
moni cuidam de gallo hec refert. At ne gal-
lus inquit malum Decij aut videre potuit:
aut cauere: sed in eundem lapidem offen-
sionis impegit. Cuius cum regnum floretet
initio: et cuncta ei ex sententia caderent: san-
ctos viros qui pro pace regni eius deo summo
supplicabant percussus est: cum quibus et prope-
ritate suam pater effugauit et pacem.

**De Cypriano: et quod statuit hereticos re-
baptizandos. Sed Cornelius papa con-
tradixit.**

Capitulum II.

In urbe vero roma Cornelio epi-
scopatum regente: et apud cartagi-
nensem Cypriano ambobus fide: et
tute: pietate presentibus questio exorta est
in affricis magis presbiteris: si oporteret hereti-
cos rebaptizari. Cuius id a Cypriano et ce-
teris pene omnibus per affricam sacerdoti-
bus oportere fieri decerneret: Cornelius
et ceteri omnes per italiam sacerdotes huius
modi decretum manente sacerdotali con-
cordia refutarunt: statuentes antiquitus a pa-
tribus super hoc traditam regulam debere
seruari. Que pertinebat post abiectionem
prauam et professionem recti dogmatis sola eos
manus impositione purgandos.

**Stephanus papa similiter sentiat
et de concordia ecclesiarum que post persecu-
tionem facta est.**

Capitulum III.

Sed post Cornelij assumptionem
qui tribus circiter annis sacerdo-
tio functus est episcopatus se-
dem Lucius suscepit. Cui octo solis me-
sibus sacerdotio administrato: Step-
hanus succedit. Quisq; similem Cornelio de
non rebaptizando sententiam tulit. Ad que
Dionysius multa et sepe scripta direxit: de
multis ecclesiasticis differens causis. In
quibus inter cetera etiam hoc indicat: quod
omnes ecclesie abiectione nonati presumptio-
ne pacem inter se inuicem seruent. Scri-
bit ergo et de hoc verbis his: Scio autem
frater omnes ecclesias in oriente que prius

perturbabant nunc redisse ad concordiam: et
omnes sibi unanimiter coherere: gauden-
tes et exultantes de pace que ultra spem ec-
clesie reddita est. Id est Demetrianus apud
antiochiam: et Theotistus apud cesaream
Nazabbanes in hierosolymis: dormien-
te in pace alexandro: Marinus apud ty-
rum. Heliodorus apud laodiceam. Hele-
nus iharso. Firmilianus in capadocia
Ceterum ne sermo epistole longior fieret no-
bilium tantummodo urbis tibi episcopos
indicaui: ut etiam ceteros cum ipsis pari-
ter unum sentire non dubites per uniuersas
Syriam vel arabiam: sed et hijs quibus nunc
scripsistis Mesopotamie episcopi idem sapiunt
Ponti quoque et Bithynie omnes pariter
unanimes et concordantes et multa sibi inuicem
charitate coniuncti glorificant deum nostrum.
Hec Dionysius scribit.

**De Sixto papa: et hereticis non rebap-
tizandis.**

Capitulum IIII.

Stephano vero duobus annis
impleto sacerdotio romae Six-
tus succedit. Ad quem scribit nis-
bilominus Dionysius de baptismate: con-
memorans quod Stephanus quidem decessit
sors suus scribens ad Firmilianum et Hele-
num: ceterosque illarum partium episcopos statu-
erit: nec communicandum esse his qui rebap-
tizant: sed debere considerare magnitudinem
rei: quia non quicquid: sed permagni et nobi-
les in episcopis virtutes sunt quibus hoc visum sit.
Dicit etiam quod super hoc scripserit plenius
ad Dionysium et Philemonem presbiteros
urbis romae. Indicaui autem pariter etiam
de Sabellij herese que temporibus ip-
sius exorta est scribens hec.

De heresi Sabellij.

Capitulum V.

Quid autem dicam de ea doctrina
que apud Betholomaidam pen-
tapoleos ciuitatem nuper exorta
est: plena blasphemus in deum patrem: et in dominum
nostrum iesum christum: negans vere esse eius
filium patris: nec primogenitum omnium crea-
ture: simul et sancti spiritus auferens intel-
lectum. Pro quibus cum utroque partes ad me ve-

nissent: et presentibus fratribus quae comota fuerant discussissent etiam literis. put deus de dicitur putati mee. persecutus sum et scripsi singula quaeque diligenter exponens: quorum tibi exemplaria transmisisti. Sed et in tertio libro de baptismo quem scribit ad Philemonem presbyterum vrbis rome etiam haec commemorat.

De reuelatione que Dionysio episcopo a domino facta est propter lectionem hereticorum librorum.

Capitulum VI.

Ego inquit et tractatus hereticorum lego et traditiones eorum perscrutor: etiam si videar ad horam verbis eorum pollui. Sed multum mihi profert spiritum quod ex ipsorum verbis arguere eos possim. Denique cum aliis ex fratribus et presbyteris prohiberet me: ne heretica lectione tanquam secundum alicuius fetore polluerer: visio mihi quaedam a deo ostendit: quae me confirmaret et sermo ad me factus est. Haec mihi euidenter plouens lege omnia quae cum in manus tuas venerint: quia probare singula quaeque et discernere potes: quandoquidem ex initio haec tibi causa fuit credendi. Amplexus visionem: quia et apostolice sententiae recordabatur dicenti. Omnia legite: quae bona sunt tenete. In ipso quoque libello commemorat: non tunc primum in affrica de hereticis rebaptizandis ab episcopis esse decretum: sed antea iam in nonnullis ecclesiis et conciliis episcoporum velut in iconso atque aliis locis de hoc fuisse tractatum.

De Nouati scismate. Capitulum VII.

Scribit adhuc et in quarto de baptismo libro ad Dionysium vrbis rome presbyterum plurima de Nouati impietate commemorans. In quinto vero libro ad Sixtum vrbis rome episcopum scribens: et aduersum supradictam heresim quedam differens: etiam tale aliquid accidisse commemorat his vrbis. Vere autem frater prolium peto et requiro sententiam quod tibi videatur in ea causa que in ecclesia nostra exorta est. Vereor enim ne forte fallar in aliquo.

De hereticorum baptismo.

Capitulum VIII.

Erat apud nos frater quidam fidelis antiquitus: ante etiam quam

ego episcopus ordinarer: imo et antequam decessor meus Eraclas. Is cum interesset his qui baptizantur: et audiret vel quid interrogent: vel quid respondeant: stans accessit ad me: et prociens ad pedes meos confiteri cepit se baptismum ab hereticis aliter suscepisse. Quod tamen secundum ea que nunc videret a nobis ministrari: nec baptismum duceret: eo quod esset repleta blasphemis omnino illa confessio. Simul et hoc addebat se intantum pro heretico errore stimulari: ut ne oculos quidem ad deum auderet erigere. Propter quod exorabat se mundari et purificari ecclesiastico baptismate: ut et gratiam posset consequi spiritus sancti. Quod ego facere ausus non fui: sed dixi posse ei sufficere tam multum temporis communionem quam in ecclesia persecutus est per hoc quod a nobis eucharistiam suscipiens donum responderet Amen. et quod et per singula potuisset ipsa sacramentorum virtute purgari. Exhortabar igitur eum debere confidere fidei suae et conscientiae tam purgatae: et ante omnia quod tam diu in sacramentis nobis iam particeps fuerit. Sed et ille neque a luctu cessat et lachrymis: neque vltra ad mensam dominicam audeat accedere: ita ut vix a nobis cohortatus et compulsus orationi audeat interesse. Haec et multa alia de huiusmodi questionibus per diversos libros suos Dionysius scribit.

De persecutione Valeriani.

Capitulum IX.

Gallus vero non integris duobus annis imperio detento rebus humanis exemptus est. Postquam Valerianus cum filio Galieno suscepit principatum. De quo Dionysius scribens iterum ad Hermamonem hoc modo refert. Sed et Iohanni similiter reuelatum est ut diceret. Et datum est inquit ei os loquens magna et blasphemias: et data est ei potestas per menses quadraginta et duos. Utraque autem complentur in Valeriano. Vere enim mirandum est: quod supra ceteros qui ante se fuerunt hic et humanus et benignus extitit erga famulos dei: ita ut in initiis multo tempore etiam illis benignior videretur: qui nomine saltem christianum dicebantur intantum venerabatur seruos domini: et omnis eius domus erat ecclesia dei.

Ecclesiastice historie

Depravatus aut est: et a veritate deiectus per quendam doctorem pessimum magistrum et principem egyptiorum magorum: ut iustos et sanctos viros persequi et interim iuberet tanquam qui adversarentur magicis artibus quibus se ipse subdiderat. Erat enim reuera et sunt etiam nunc qui possent virtute merito suorum restringere fallacias demonum nam ille ut impuros ritus et execranda mysteria: ac sacra incesta conficeret: pueros inuestes iugulari iubebat: et orbam liberis patres: atque in teneris visceribus humanas rimari per piaculum fibras: et vocem illic querebat ubi fugauerat veritas. Sed et multa alia huiusmodi de Valeriani piaculum memorans: addit etiam hoc quod ipse a barbaris captus: et luminibus orbatus filios sceleris et impuritatis sue reliquerit successores.

De his que ad Dionysium vel ceteros Egyptios episcopos testati sunt.

Capitulum VIII.

Iste vero Dionysius quanta in eius persecutione protulerit: et quibus affectus sit cruciatibus propter nomen domini: scribens ad quendam germanum episcopum: quasi obrectator eius esse videtur debet refert: ubi et acta professionis sue inseruit apud Emilianum presides gesta. In quibus cum Dionysius unum solum deum qui celum fecisset et terram diceret adorandum: ceteros autem neque esse deos: neque adorari debere: in castrum quoddam deserti: quod Cesro appellatur: in exilium traditur: ob hoc precipue electum: quod loci incolae gentiles erant: et idolorum superstitionibus satis dediti. Quibus exulem Dionysium primo hostili animo et satis adversa mente suscipiunt: post vero cum paulatim per domini gratiam verbum dei disseminare cepisset: per maxima tructis ac barbari populi relictis idolis: conversa est ad deum verum: christo quoque subiecta. Quo coperto rursus cum ad alium locum vicinum quidem Alexandrie: sed incolis desertum: ac pene habitatoribus vacuum transfugerent. Sed et ibi cum per vicinis vicinitate nostrorum populi eum frequentarent et tanquam odore pastoris recepto grex lectior et constantior agonibus redderet: rursus missis cum centurione militaribus viris: ipsum Dionysium et cum eo Basilium et Petrum

cathenis restrictos et diversis cruciatibus afflictos in desertum quoddam libie pertraxerunt: ibique eos in loco squalidissimo et omni usu humanitatis carente a pharetonio tribu dicitur itinere in desertum protento necros vicinis oculis reliquerunt. Hec in diversis suis epistolis supradictus vir scripta dereliquit. In quibus memorat etiam Maximum presbyterum et Dioscorum: Demetriumque et Lucium: necnon et Faustinum atque Aquilam satis claros et insignes titulo professionis effectos. Sed et ex diaconis quosdam in insula post penas confessionis esse defunctos: supposuisse propter hoc Faustum et Eusebium. Quibus etiam refert tantum fiduciam et magnanimitatis per dei gratiam datum: ut cum ad eos qui in carcere tenebantur fratres nemo presus humanitatis et ministerii causa permitteret accedere: illi tamen indefinenter et reuilerent et necessaria ministrarent. Et cum per dies singulos presidis furor cresceret: iugulando alios: alios supplicij ac diversis cruciatuum generibus affligendo: squalore carceris et cathenarum ponderibus enecando: et super omnia precipiendo ne quis ad eos peritus accederet: ut ex inedia quasi aliud tormentum generis adhiberet. Concessit tamen deus supradictis diaconis gratiam: confessoribus suis providens: ut inuitis omnibus illis tamen non negaret ingressus. Sciendum tamen est quod hic Eusebius quem diaconem supradiximus postmodum episcopus apud Laodiceam syrie ordinatus est. Maximus vero quem presbyterum memorauimus: ipsi Dionysio apud Alexandriam successit in episcopatu. Faustus autem qui cum ipsis tunc confessor existit: usque ad persecutionem que nostris temporibus facta est grandis deus et plenus dicitur per duras: perfecto martyrio obtruncatione capitis consummatus est. Hec a Dionysio certissima fide memorantur.

De his qui apud Cesaream Palestinam martyres facti sunt.

Capitulum XI.

Istius in Valeriani persecutionibus apud cesaream palestinam: multa a diversis martyria presusmata sunt. In quibus tres quidam admirandi adolecentes quorum unus presicus: alius

Dalchus: tertius Alexander vocabatur
cui in suburbanū agellū supra dicte vrbis
inhabitarent: diuine fidei calore succensū
ceperunt semetipsos segnicie atq; ignaue
incusare: q; cum celestes in vrbe martyrii
pponerent corone: ipsi nec desideraret: nec
raperent: cuiq; dñs ⁊ saluator regnū celo-
rū violenter diripi debere testatus sit: ipsi
iglorios ⁊ desides animos humili gereret
His igit semetipsos alloquijs incitantes
vrbem petunt. ⁊ Adortato indice truculē-
to: cur tantū in sanguinez pioꝝ descueret
incusant. Ille cōtinuo nobiles aios inue-
nū q; dignis remunerat affatib; deuorā-
di inquit bestijs subrigent: quib; nō pla-
cet pioꝝ sanguine fundi. Sed ⁊ mulier q;
dam sup̄dictoꝝ iuuenū secuta fert auda-
ciam: ⁊ magnanimitatis exemplū: simile-
q; sortit exitus pene. Quā tñ de Martio
nis schola fuisse loquebant.

De martyrio Marini.

Capitulum XII.

Marinū quoq; virū militare hie
rosolymoz ciuem: honore ⁊ di-
uitijs clarū: cū in sup̄dicta vrbe
inter collegas suos p ordineꝝ gradus sui
honor quidam cōtingeret militaris (vt si-
eri solet) in sequentē collegam suum subit
inuidia: ⁊ exclamat nō posse marinū ad-
pisci superiore gradum: ⁊ q; esset christia-
nus. Interrogat a iudice Marinus: si
ita se res haberet. Ille ita esse ⁊ vere se eē
christianū clarissima voce testat. Tres ei
deliberādī hore decernunt a iudice: vt eli-
gat vtrū velit imolare dñs ⁊ impatori: an
christianus interimī. Cūq; a tribunalib;
fuisset egressus: Theotistus epus loci ap-
prehensa manu eius perducit eū ad eccle-
siam: ibiq; multis verbis in fide confir-
mans: ad vltimū in interiora pducit alta-
ris: gladiūq; suū quo p̄cinctus erat ostē-
dens ei: ⁊ rursus offerens euangelii: qd
de duob; mallet iterrogat. Marinus ho-
pmp̄tissima fide cū manū ad euāgelii re-
tendisset: optime inq; Theotistus qd ele-
gisti o fili: ⁊ stemnens p̄ntem vitam: eter-
nam sperato: p̄fidens p̄ge: ⁊ suscipe coro-
nam quā tibi dñs p̄parabit. Regressus
cōtinuo ad tribunal euocat p̄ preconem.
Aderat em̄ tps statuti. Ille vero nec mo-

ras patit: nec expectat interrogantem: sed
cōtinuo sibi ⁊ deliberatū asserit: ⁊ ex pater-
nis legib; p̄firmatum: q; deo obtemperare
oporteat magis q; hominib;. Quē iudex
ilico capite puniendū p tali responsione
p̄nunciat.

Relatio de Astirio.

Capitulum XIII.

Ed inter eos cunctis clarior et
meritis fidei supra ceteros insi-
gnis mēorat Astirius: vir ro-
mane vrbis senator patrici: nobilitate
facultatib; p̄p̄nquitate etiā regia: ⁊ om̄i
bonoz fama satis clarus. Qui cū supra
dicti martyrii extremis interesset exequijs
⁊ capite cecum cadauer subiectis humeris
suis: ⁊ substrata veste qua induebat exci-
peret: honore quē martyrii detulit: cōtinuo
ipse martyr assequitur. Sed ⁊ in multis
alijs eū p̄claris gestis in fide christi enstu-
isse tradiderūt nobis: hū q; eū in corpore
adhuc positū viderūt. In quib; etiā ta-
le aliqd p eum gestus mēorabant. Apud
cesareꝝ Philippi: quā paneadam phe-
niceꝝ vocant: auint sub radice montis q;
appellat Panius, ex quo fluuiū Jordans
p̄mo fluentia p̄siluit: more fuisse gentilis
erroris certa ac solenni die imolari victi-
mā. Que victima arte quadam demonis
subito nusq; compebat. Et erat hoc famo-
sissimū miraculi genus q; p suaderi astan-
tib; videret in celum hostiā inuisibiliter
esse sublata. Accidit igit dū hec gererent
adesse Astirium. Qui cū videret om̄s mi-
raculi huius stupore p̄stringi: humanos
miseratus errores: cum gemitu ⁊ suspirio
oculos ad celū pariter tendit ⁊ palmas:
christū qui est sup̄ om̄ia deus tota fide p̄-
fusus lachrymis inuocat: vt p̄stigia fallā-
cis demonis arguat: miserisq; mortalib;
erroris huius soluat archanuz. Hoc illo
cū fletib; supplicante: subito victima q; in-
uisibiliter credebatur assumpta: superferri
aquis videt: ⁊ p̄spectib; om̄i redditur: nec
vltra in illis locis error: hmōi potuit re-
parari: ita vnus christiani p̄ce tantoꝝ ses-
culoz deceptionis machina: cū auctorib;
suis demonib; dissoluta est.

De signis que p̄tute saluatoris apud
paneadam fiebant.

Ecclesiastice historie

Caplm. XXI.

Uerū quia urbis huius fecim⁹ mentionē: iustū videt^r cōmōrare etiā illud in ea qđ hystoria dignū duximus. **M**ulierē quā sanguis p̄fuito laborantē a saluatore curatā: euāgelia tradiderūt: huius urbis ciuem constat fuisse: domusq; eius in ea etiā nunc ostendit. **P**ro forib; s̄o domus ipsius basis quedā in loco editiore collocata monstrat, in qua mulieris ipsius velut genib; puolute: palmasq; sup̄pliciter tendentis imago ere videt^r expressa. **A**stat s̄o alia ere nihilominus fusa statua: habitu viri stola compta circūdati z dexteram mulieris porrigentis. **H**uius ad pedem statue e basi herba qđaz noua specie nascit. **Q**ue cū exorta fuerit: ex crescere vsq; ad stole illius erei indumenti fimbriā solet. **Q**uam cū sūmo vertice crescens herba cōtigerit: vires inde ad depellendos omnes morbos languozesq; requirit: ita vt quecuq; illa infirmitas fuerit corporis haultu exiguuo madefacti salutaris graminis depellat: nihil omīno virtū gerēs si anteq; eree fimbrie sūmitatē crescendo p̄tigerit decerpatur. **H**anc statuā ad similitudinē vultus iesu formatā tradebāt: que p̄mansit ad nostrā vsq; t̄pa. sicut ipsi oculis nostris inspicimus. **E**t nihil mirū si hūc qđ ex gentibus crediderant: p̄ beneficijs que a saluatore fuerant p̄secuti: h̄mōi velut munus videbant offerre. cū videamus etiā nunc et ap̄loz Petri vel Pauli z ipsius saluatoris imagines designari: tabulisq; depingit. **S**ed z antiquas ipsorū imagines a quibusdā p̄seruatas nos vidimus. qđ mihi videt^r ex gentili p̄suetudine indifferenter obseruati: qđ ita soleant honorare q̄s honore dignos duxerint. **I**n signa etem veterū reseruati ad posterorū memoriā: illoz honoris: hoz s̄o amoris indicū est.

De trono Jacobi. Caplm. XXV.

Deniq; z Jacobi cathedra: qđ p̄mus inter ep̄os: ab ipso saluatore z ab ap̄lis in hierosolymis est electus: quēq; frat̄e christi volumina diuina designat: vsq; in hodiernum inibi p̄seruat: atq; in ea sedent om̄s qui vsq; ad

p̄ns t̄pus sedis illius sacerdotiū sortiant^r. **S**eruat ergo cum ingenti studio velut a maiorib; tradita mēoria sanctitatis: z cuius magna veneratione habet^r v̄l vetustatis vel h̄mi sacerdotij sanctificationis obreptu. **S**ed de his ista sufficiat.

De pace a Galieno reddita ecclesijs.

Caplm. XXVI.
Galienus vero Valeriani filius posteaq; rerū summā solus obtinuit: lenius ac moderatius erga nostros agere instituit: datiq; decreta inhiberi supplicia: p̄secutionesq; cessare. z qđ quisq; putat moze exorare qđ diuinum est: sinit.

Qui ep̄iscopi tunc fuerūt.

Caplm. XXVII.
Per idem t̄pus cū romano adhuc sacerdote Sirtus pessz z ap̄d antiochiā Demetrianus: Firmilianusq; adhuc cesaree capadoce sup̄ esset: ponti ecclesias Gregorius qui p̄us Theodorus dicitur est et Origenis discipul: cū fratre Anthenodoro suscepit gubernandas. **A**pud cesareā vero palestine post Theoristū Dōnus ep̄atum sortitur: et b̄rcui defunctus Theorigno iam n̄re memorie viro sedem tradidit. **Q**ui z ipse Origenis auditor fuisse dicebat. **I**n hierosolymis vero post Zabbanē sacerdotiū suscepit Hyreus. **E**t hūc oēs in pace ecclesias gubernabant.

De his qđ apud Alexandriā acciderūt.

Caplm. XXVIII.
Sed apud Alexandriā z si nulla extrinsecus mali causa sit: eo ipse qđ genus hoim feror: sediciofus: z semp̄ inquietū est: ciuiles inter se motus z bella nō virtutis merito: neq; ob defensionē: sed ob necem atq; interitū ciuū cōmouebant. **D**e quib; Dionysius in eplis suis cōmemorans refert ita a p̄p̄ijs ciuib; esse vastatā deletāq; urbem: vt illa qđ p̄stā patōe populorū vix soleret digredientib; incedendi spacium dare: nunc eo vsq; peruenit: vt consp̄cere in plateis hominē valde rarū sit: maderē omnes ciuū sanguine: vias cadaueribus obtegi: z ne ad sepeliendū quidem sufficere qui superius

unde et post belli rabiem ferisq; vastatio-
nem corrupti aeris et fetore cadaverum
pestilentia increuerit: ita ut si quod ferro sup-
fuerat id morbus absumeret.

¶ Quod Dionysius de pascha statuit.

¶ Caplm. XIX.

Scribit autē de his idem Dionisius in epistola paschali: que solenniter per annos singulos legi solet his verbis. Alijs fortassis hominibus non videatur tempus hoc: tempus esse solennitatis: quoniam quidē luctus ubiq; et acerba lamentatio in plateis cuncta circumstrepit. Semitus vero inest et mugitus in domibus propter multitudinē morientium. Et tunc enim de primogenitis quondam egyptiorum referunt: ita etiam nunc ingens ubiq; clamor attollitur. Non enim est domus (sicut scriptum est) in qua non sit mortuus. Primo namque ipsi manibus suis partem maximam et meliorem populi crediderunt: persequendo sanctos. partem alteram bella in testina rapuerunt. partem vero que super fuerat pestilens nunc egritudo consumit. Sed nos neque in persecutionibus cum iugularemur a festiuitate cessauimus: nec unquam nobis potest solennitas impediri: quibus precipitur in tribulatione gaudere. Omnis igitur nobis locus quicunq; a tyrannis eligebatur ad penam: siue ager seu desertum fuit: siue insule: siue carcer: solennitatem nobis impedire non potuit. Letissimam vero super omnes habuere solennitatem beati martyres: qui cum sanctis angelis in celo pascha curarunt.

¶ De morbis qui acciderunt.

¶ Caplm. XX.

Dicit hec persecutores nostri in seipsum manus ac tela vertebant. Sed ne sic quidem nostrorum festa turbata sunt. Insecutus est hic pestilens morbus: et plaga terribilis. sed illis multo terribilior et grauior: quos nec spes erigit futuro. Nobis vero hec omnia exercitia quedam virtutis et fidei probamenta ducunt. Quamuis enim densior seniorumque paganos: magis quam nostros morbus inuaserit: tamen nec a nostris quidem penitus abscissum est. Et post pauca addit dicens. Dulci namque ex fratribus nostris per ni-

mia charitate dum absque ulla cunctatione in farinos visitare non desinunt: et non solum visitare: sed et ministrare: et exhibere officia que dominus precepit: repente morbi contagione: cum illis pariter quibus ministrare uoluerat interibant. affectu enim quodam dilectionis attracti: et uelut participare dolores cum dolentibus cupientes: alienas in se moribus hauri segniter transferebant: et effecti sunt eorum (ut dicit apostoli sermo) peripsima. Denique plurimi nostrorum precipui et electi uiri: inter quos et presbyteri nonnulli et diaconi: multiq; alij de plebe constantissima et ardentissima fide: tanquam si martyrium tempus instaret miserando infirmos: semet ipsos huiusmodi moribus inferebant: minime ex hoc martyrium se capere presumptores. Et dum curandis egris: defunctisque exportandis: humanisq; corporibus operam dabant: insequabantur penes eos quos suis humeris ad sepulchrum deueherant.

¶ Paganis uero e contrario suos continuo ut egrotare ceperant deserebant parentes charos liberos: uxorem coniungunt filiosque nihilominus parentes. statim ut tremere membra uiderent: et morbo ora pallere domo propulsos: in plateas semineces eieciebant. ibique inssepulta eorum cadavera resurgentes: uim morbi quam per hec se effugere opinabantur dupliciter incurrebant: dum ad pestilentie rabiem etiam fetor in sepulchrorum cadaverum iungeret.

¶ De Balienis regno.

¶ Caplm. XXI.

Refert idem Dionysius de Balienis temporibus: quod eo regnante ecclesie dei in pace durauerunt: et quod medijs eius temporibus Diocletianus: uelut nubes quodam tenebrosa et atra: subito regni eius obscurauerit lucem. Quo rursum ad vicem est iue nubis abolito Balienus nouum ut ipse ait ex veteri uniuerso mundo lumen effulsit. Simul enim atrocem tyrannum et regno deturbauit et uita. Designat autem etiam tempus quod nono anno imperij Balienis hec scriberet. Extant et alia que plurima necessaria sanis et admiranda Dionisij opuscula. que utilitatis plurimum legentibus conferant. Inter que scribit etiam de repromissionibus futuris: existente

k

Ecclesiastice historie

causa huiusmodi.

De Nepote: et scismate eius.

Capitulum. XXII.

Episcopus quidam erat in partibus egypti Nepos nomine. Hic iudaico intellectu de futuris re promissionibus sentiebat: easque corporali exhibendas docebat: et mille annis in delictis corporalibus in hac terra sanctos regnuros esse cum christo: huiusque sui dogmatis probamenta sumptis et revelatione Iohannis: testimonij conabatur asserere. De quibus etiam libellos edidit: interpretationes huiusmodi continentes. Igitur Dionysius de re promissionibus scribens ad hunc Nepotem stilum sue intentionis obuertit: et in primo statim libro suam sententiam que ei de diuinis re promissionibus videbatur exponit. In secundo vero volumine de revelatione Iohannis differens: facit mentionem Nepotis his verbis. Et commentatores inquit quosdam proferunt Nepotis: quibus innotuit plurimum: et per quos putant ineffabilem quodam sacramento ostendi qualiter regnum christi futurum sit super terram. Sed in alijs quidem multis etiam ego amplector: et diligo Nepote: vel per fide sua: vel per eruditionem et studio scripturarum: et precipue per exercitium psallendi. quoniam quidem plurimi fratrum libenter per hoc eius elegere consortia. Est ergo etiam mihi erga eum multa reuerentia: et inde magis quia iam processit ad dominum. Sed reuerentia plus omnibus et amanda et proferenda est veritas. Laudare oportet: et absque invidia amplecti si quod recte dicitur est. discuti pro et discerni si quod minus sane scriptum est. Et si quidem pius esset is de quo sermo est sufficeret solo sermone discutere que minus recte dicta videbantur: dum interrogatione precedente responsio subsequens in concordiam quod contrarium et discrepans videbatur adduceret. Ubi vero scripta edita sunt: et ut videtur quibusdam satis suasoria et ubi doctores procedunt qui legem et prophetas per nihil ducant: et euangelia non sequantur: apostolorum scripta despiciant. Nos autem solos libros atque istam doctrinam: velut magnam aliquod et occultum mysterium venerunt: ac simplices quosque fratrum nostrorum doceant nihil excelsum: nihil magnificentum

sentire de aduentu et presentia dei et saluatoris nostri iesu christi: neque de resurrectionis gloria: et nostre congregationis in ipsum ac similitudinis re promissionis: sed parua quedam et semper mortalia: et non alia que sunt ea que nunc videmus sperari suadent in regno dei. Necessarium videtur ad hec omnia respondere fratri nostro Nepoti. Et post aliquam rursus subiungit hec. Etenim cum in Arsenoste essemus: ubi multo iam tempore volebat ista doctrina: ita ut scismata inter fratres et discordie fierent: conuocavi presbyteros et doctores: qui erant in ecclesijs et publice cepi tractatum habere. Simul et cohortatus sum fratres: ut si quod eos moueret obijcerent nihil verentes. Tu mihi illi ut scutum validissimum et murum inexpugnabilem codicem Nepotis obijcisti. Ego suscepi patienter: et tribus continuis diebus residens a prima luce usque ad vesperam cum ipsis coepis cepi singula eius scripta discutere et unumquodque quid in se absurdi haberet ostendere. Et vere satis admiratus sum patientiam et constantiam atque intelligentiam fratrum quia sequenter et per ordinem de singulis questionibus proponebant: et validissime his que a nobis respondebant occurrentes. Post hec cum quod esset in vero patuisset: accommodabant nihilominus absque intentione consensus iudicantes hoc: quod non continuo si quid semel animo visum fuerit: omni id studio et intentione seruandum est. sed esse rectius tunc mutare sententiam: cum eam melior et rectior superauerit. patefactis etenim cordibus suis deo audiebant verbum. Cuius probatio non ex humana persuasione: neque ex eloquentie furo: sed ex diuinarum scripturarum assertionem veniebat. Et ita evidens fuit assertionis nostre probatio: ut is qui inter eos maximus doctor et vite meritis prestantior habebatur. Corantion nomine surgens in medio cunctis audientibus proclamaret. et protestaretur neminem debere ultra eius doctrine facere mentionem. sufficere quod erratum est. Decetero non solum nihil horum tenendum vel sequendum: sed nec commemorandum quidem de talibus. si quidem tam evidens ac manifesta contra hec de scripturis diuinis patuisset assertio. Omnes vero reliqui fratres gaudio et leticia

repleti corde: p emendatione sui inexpler-
biles gratias referabant.

De Apocalipsi Johannis.
Caplm. XXXIII.

Post aliquanta vero venies ad
apocalipsim Johannis hec de
ea scribit. Nonnulli ex pccessoris
bus nostris penitus libellum hunc refuz-
tandum a canone scripturaz atq; abijcie-
dum putarunt: singula queq; eius capitu-
la arguentes. et dixerunt p̄tulationē libri
nō esse veram: sed aliene scripture Johis
tantū nomen impositum: vnde neq; Jo-
hānis hunc esse librum: nec reuelationē vi-
deri posse: que crasso quodam velamine
ignorantie contegatur. Addiderūt etiā
hec q; nihil dignum in ea grauitate apo-
stolica censeatur. Sed ne alicuius qui-
dem ecclesiasticorū saltim viroz scripturā
esse dixerūt: sed **Cherinthuz** quēdam au-
ctorem. **Cherinthiane** heresis volente do-
gmatis sui fidez: apostolici nominis opi-
nione firmare: libello a se conscripto Jo-
hānis titulum p̄tulisse. Deniq; inquit
Cherinti dogma hoc cōtinet: in terris fu-
turū esse regnum christi. Et qm̄ ipse car-
nis et libidinis amicissimus dicebatur: ea
in repromissis futurū regni sanctis
p̄benda censebat: que sui animi libido dī-
crabat: ventris et voluptatis opera man-
sura: ciborū satietatem: et abundantiaz po-
culorū: nuptias: et cetera que horum conse-
quētia seruant. Et reparari rursus spe-
rabat festiuitates et sacrificia iudaica: vi-
ctimasq; legales. Ego vero quantum ad
meam sententiaz pertinet: spernere aut ab-
ijcere scripturam libri huius nullatenus
audeo: maxime cuz multi ex fratribus ita
mecū sentiant. Sed hoc magis de eo sen-
tio q; excedant atq; emineant q̄ in eo scri-
pta sunt humane auditionis modum: et
sit in eo archanus quidam et reconditus
atq; admirandus omnibus sensus: quez
et ego admiroz ac veneroz: etiam si nō in-
telligo. Et ita sentio q; diuina aliqua sa-
cramenta sermonibus cōtegantur huma-
nis. nō tam iudicio meo discernens: q̄ fide
de credens. et ideo nō reprobo que nō in-
telligo. sed tanto magis admiroz: quanto
minus assequor. Post hec vero totius li-

belli differens corpus: et singula queq; dī-
scutiens: atq; euidenter ostendens nullo
modo fieri posse: vt fm̄ litteram dignus
in eo intellectus appareat. Addit etiā hec
dicens. Consummata igitur omni p̄phetia:
beatos dicit p̄beta eos q̄ hec custodiūt.
Sed et senectipsum beatum dicit. At em̄
Beatus qui seruat verbum p̄betie libri
huius. et ego Johannes qui audio et vi-
deo hec. Vocari ergo eum Johānem: et
esse hanc scripturam Johannis nō nego
Sancti nāq; alicuius est: et sine vlla du-
bitatione p̄ dei sp̄ritū scripta: etiam si nō
sit ille Johannes apostolus filius Zebe-
dei: frater Jacobi: cuius euangelium fm̄
Johānem scriptum est: et ep̄stola catho-
lica. Utitur ergo **Dionisius** plurima as-
sertione: diuinitus quidem inspiratam re-
uelationē nō esse dubitandum et Johā-
nis esse: nō tamen sibi liquido videt: q̄ il-
lius sit Johānis qui euangelium scripsit
quia ille nusq; nois sui fecerit mentionē
ac sese signauerit noiatim. Hic autē qui
Apocalipsim scribit tertio ferme mentio-
nem nois sui facit. Sed et ex ipso scriptu-
re stilo discretionē faciens dicit: potuisse
fieri in illis temporibus fuisse et alium ali-
quem Johānem vnum ex sanctis cui hec
reuelauerit deus. Multa vero et alia in-
structionis ecclesiastice monimēta nobis
in libris digesta: beat⁹ **Dionisius** derelis-
quit: quoz lectio magnopere ab studios-
sis quibusq; expetenda sit. Sed iam ad
historie ordinem reuertamur. Sixto ro-
mane ecclesie per ānos vndecim sacerdos
tio p̄curato: succedit **Dionisius**. Et **Des-
meriano** apud antiochiā defūcto: **Paulus**
de samosate sacerdotium suscepit. qui
Paulus abiecta satis et indigna de chris-
to sentiens: traditiōem doctrine ecclesia-
stice corūpebat: dicens eum cōmunis na-
ture hoīem tm̄ fuisse.

De ep̄stolis Dionisij.

Caplm. XXXIII.
Unc **Dionisius** de alexandria
rogatus venire ad conciliū:
et senectutis impedimento et in-
cōmoditate corporis impibet: p̄ ep̄stolaz
tamen p̄sentē se reddit: et quid fidei ac ve-
neratiōis erga christum teneret exposuit

Ecclesiastice historie

Ceteri vero ecclesiarum pastores diuersis
e locis et urbibus: velut aduersum latro-
nem quendam christi gregibus insidiantem:
conueniunt antiochiam. In quibus insi-
gnis et ceteris precellentes erant: Firmilla-
nus a cesarea cappadocie, Gregorius: et
Athenodorus fratres: ponti puincie sa-
cerdotes, Helenus sardensis ecclesie eps
et Nicomas ab yconio: et hierosolymorum
precipuus sacerdos Pymeneus: et vicine
huic urbi cesaree Theotignus, S3 et Da-
rimus bolstrensis eps dignus eorum con-
sortio cohererat, Multi vero et alij quos
longum est enarrare per singulos, Sed et
presbyteri quos plurimi et diaconi ad supradic-
tam urbem causa compescendi: imo dele-
di noui huius dogmatis conuenerant,

De paulo samosateno: et de Gregorio
et de heresi eius.

Capitulum XXV.

Hic igitur omnes sepius in unum
coeuntes: paulusque samosatenuum
statuentes in medio: atque eius he-
resim quam ille nunc occultare: nunc etiam
dissimulare conabatur: frequenti tractatu et
assiduus disputationibus denudantes: ar-
guere blasphemias et publicare nitebantur
nec tamen uno id aut secundo tantum concilio
ad finem perducere potuerunt, Sed et con-
uentum sepe est: et absque opere preicio discessum
Verum quoniam beati Gregorii historie textus
attulit mentionem: dignissimum puto tan-
tissimi gesta (que sub orientali et septentrio-
nis arte cunctorum sermone celebrantur)
omissa nescio quo casu huic narratiōi ad-
memorari posteritatis inserere, Stagnum
quoddam erat in ponti regionibus situm: per
fiscibus copiosum: ex quorum captura pre-
dites redditus dominis prestabant, Ista pos-
sessio duobus fratribus sorte hereditatis
obuenerat, Sed pecunie cupiditas (que
pene omnium corda mortalium superat) etiam
fraternam necessitudinem violauit, Conue-
niebant a fratribus tempe captionis: non
tam ad capiendos pisces: quam ad homines de-
cipiendos, cedes ac bella mouebant, hu-
manus sanguis per piscibus fundebatur,
Sed dei prudentia affuit aliquando au-
xilium: aduentusque Gregorius, Vidit plura

et mortes viroꝝ: furentesque germanos: quod
cause existeret per qua in exitium sui suorum
que fratres accenderent inquit: nullam nisi
captura piscium comperit, Tum ille cum
per honore aduentus sui utreeque partes pau-
lulum siluissent: nolite inquit o filii ratos
nabiles animas per mutis animantibus vio-
lare: fraternam pacem questus cupiditate dis-
soluere: dei leges et nature pariter iura te-
merare: et vna mecum ad oram stagni cri-
cialis accedite, Ego iam vos per virtutem
domini omni certamine cruenta contentionis
absoluam, Et cum hec dixisset: in conspe-
ctu omnium virgam quam tenebat in manu ad-
premas litoreis undas defigit: et ipse posi-
tis genibus palmas tendit ad celum: atque
his verbis excelso supplicat deo, Tu domine
deus patrum nostrorum: qui cum tibi primus
homo Adam peccasset: et mandatum tuum
preterisset: penam culpe illius moderatus:
ad terram maledictionis sententiam detor-
sisti dicens, maledicta terra in operibus
tuis, Et nunc ergo miseratus horum iuue-
num fratrum sanguines qui periclitantur: pre-
cipe ut maledicta sint aque iste in operi-
bus eorum: per quibus furore succensit frater-
ne pietatis obliti sunt: ita ut nunquam in hoc
loco vel piscis appareat: vel aqua resideat
at: sed sit campus aratri patiens: ac fru-
gum ferax: et custos in eternum fraternae con-
cordie perseveret, Simul ut ille finem orationis
dixit: statim se unda subducens: et cursu
velociore refugiens: a conspectu supremo
iussa discedere: abyssis suis reddidit: et aren-
tem campum germanis iam per cordibus dere-
liquit, Sed et in hodiernum frugum ferax esse
dicitur solum: quod ante fuerat nauium ferax,
Demoratur etiam aliud illustrius ab eo
diuinitus gestum, In quodam loco ruris an-
gusti: cum res posceret ecclesiam constru-
rumpes quodam vicini montis ex parte orien-
tis obiecta: ex alia vero preterfluens flumen
spacium quantum ecclesie sufficeret denega-
bat, Et cum alius omnino non esset locus,
omnesque mestitiam gererent: quod solum ad con-
struendam ecclesiam non haberent: ille fide-
de plenus proocassit in oratione dicitur:
et dominum iesum premissionis sue admonuisse
fideliter: qua dixit, Si habueritis fidem
sicut granum sinapis dicitis monti huic

tolle te: et mitte te in mare: et fiet vtiq;. **Cū** q̄ plena fide ac deuotioe deposceret ad lucem coeuntibus populis inuenta est rupes in parte vna secessisse tantū quantū spacij ad condendam querebatur ecclesiā. **Tradunt** eius et alia q̄ plurima. **Sz** nec in lōgum videamur trahere sermonē: intermissis ceteris vnū adhuc de eius gestis adiācam. **I**ter ei fuisse quondam p̄ Alpes dicitur byem̄is tempore: et cum peruenisset ad summū alp̄um iugum: nubes repleta erant omnia: nullum v̄q; diuersorium. **F**anum tamen ibi Apollinis erat: cui succedens transacta nocte discessit. **S**acerdos vero erat quidam fanī ei⁹ cui consulere simulachr̄ apollinis mos erat: et reddere responsa poscentibus. **E**x quo ei etiam alimonie questus esse videbatur. **I**git post digressus Gregorij offerre psulta et m̄sa poscere sacerdos accessit ex more: nihil inde responsi uentebat. **R**epeatit victimas: silentiū permanet. **I**terū ac sterum litat: surdis ingerit fabulam. **Cū** q; stupore noui silentij estuaret sacerdos: nocte ei assistens demonium dicit in somnis: **Q**uid me illic inuocas: quo iam uentire non possum? **P**ercunctanti causam: aduentu se Gregorij dicebat expulsū. **Q**uid tunc remediū daretur cum perquireret: ait non aliter sibi licere ingredi locū illum nisi Gregorius permisisset. **Q**uibus auditis: sacerdos occupat viam: multa apud semetipsum voluens: atq; animo recurante pertractans peruenit ad Gregorium: adoransq; eum rem pandit ex ordine: humanitatis sue atq; hospitalitatis admonuit: querelaz depulsi numinis promit: ademptam facultatem sui questus deplorat: ac reddi sibi omnia in pristinum statum deposcit. **A**t ille nihil moratus scribit epistolam in hec verba. **G**regorius Apollini salutem, permitto tibi redire ad locum tuum: et agere que conuenisti. **H**anc epistolaz sacerdos accipit et ad fanum defert: positaq; ea iuxta simulachrum affuit demon: ac dedit responsa poscenti. **T**um ille in semetipsum cōuersus ait. **S**i Gregorius iussit: et deus iste discessit: nec potuit redire: nisi iussus et rur

sum iubente Gregorio restitutus est: quo modo non multo melior isto Gregorius: cuius hic obtemperat iussis? **C**lausis igitur ianuis fanī descendit ad Gregorium: epistolam secum quaz acceperat referens omnemq; apud eum rei geste ordinē pandens: simulq; se ad pedes eius prosternens rogat vt illi se deo offerat: cuius virtute dijs gentium Gregorius imperabat. **Cū** q; enitius et pertinacius persisteret: cathecumīnus ab eo factus est. **E**t cum se vite castissime et abstinentissime derelictis omnibus non solum erroribus demonum: sed et seculi actibus mancipasset: etiam baptisma consecutus est. **E**t intantū vite merito ac fidelī virtute profecit: vt ipse beato Gregorio in episcopatu successor extiterit. **Sz** et ingenij sui nobis in p̄o maxima monimenta dereliquit. **I**n ecclesiā siten nāq; metatrasin idē Gregorius magnificētissime scripsit: et catholice fidelē expositionem breuiter editam dereliquit: quam pro edificatione ecclesiarum socia re his cōmodo dixit Gregorij martyris et episcopi. **N**eocesarie fides. vnus deus pater verbi uiuentis: sapientie subsistentis: et virtutis sue et figure perfectus. perfecti genitor: pater filij vnigeniti. **U**nus deus solus ex solo deo: figura et imago deitatis. verbum perpetrans. sapientia comprehendens omnia: et virtus qua tota creatura fieri potuit. **F**ilius verus veri: et inuisibilis ex inuisibili: et incorruptibilis ex incorruptibili: et immortalis ex immortali: et sempiternus ex sempiterno. **U**nus spū sanctus: ex deo substantiā h̄ns: et q̄ p̄ filiū apparuit: imago filij perfecti. perfecta uiuentium causa: sanctitas sanctificationis prestatrix. per quem deus sup̄ omnia et in omnibus cognoscitur. et filius p̄ omnes. **T**rin̄itas perfecta: maiestate et sempiternitate et regno minime diuiditur: neq; ab alienatur. **I**gitur neq; factum qd̄ aut seruens in trinitate: neq; super inductum tanq; ante hac quidem nō subsistēs postea vero superingressum. neq; itaq; defuit vnq; filius patri: neq; filio spiritus sanctus: sed inconuertibilis et imutabilis eadem trinitas semper. **S**ed de Grego

Ecclesiastice historie

rio satis dictum, nunc ad historiam redeamus. Interea **Dionisius** apud alexandriam quiescit in pace: duodecimo anno imperii **Salientis**: decem et septem annis functus sacerdotio. Succedit ei vero **Daximus**. Igitur **Saltenus** cum per annos quindecim romanum gubernasset imperium **Claudio** regni successore defunctus est. Qui solus duobus annis in imperio transactis: **Aureliano** rerum apicem dereliquit. **Huius** temporibus ultimum apud antiochia episcoporum concilium congregatum, in quo **Paulus** arguitur: manifesteque conuincitur hereticus: et damnatur ab omnibus que sub celo sunt ecclesiis christi: insistente plurimum et disceptationibus validissimis purgante **Alethione** presbytero antiochene ecclesie viro fidelissimo et omnibus virtutibus adornato: cui accedebat etiam hoc quod erat disertissimus et potens in verbo atque in omni eruditione perfectus. Denique oratoriam in eadem ipsa urbe docuerat. Huic igitur ab omni episcoporum concilio permittitur disputationis cum **Paulo**: excipientibus notariis. Que ita magnifice ab eo et accurate habita est ut scripta ederetur: et nunc quoque in admirationem sit omnibus. Solus etenim potuit dissimulante et occultantem se **Paulum** confessionibus propriis publicare. Quibus ita gestis: communi consilio vniuersi pariter sacerdotes scribunt epistolam ad personam **Dionisii** episcopi urbis rome: et **Daxini** alexandrie episcopi: que per omnes mittitur ecclesiis: per quam cunctis et suam diligentiam comprobarent, et **Pauli** heresim confutatam esse atque deiectam in vniuersorum noticiam puocarent. Simul etiam que cum eo questionibus habite sint indicant. Sed et vitam ipsius in tempore: pariter moresque describunt. Ex quibus pauca aliqua inferere huic operi nostro dignum iudicauimus.

Qui episcopi per illud tempus nobis les habebantur.

Capitulum. XXVI.

Dionisio et **Daximo** et omnibus qui per vniuersum orbem sunt sacerdotibus: et coepiscopis: vna

cum presbyteris et diaconis: atque omni ecclesie catholice que sub celo est. **Helenus** et **Hymeneus**, **Theophilus**, **Daximus**, **Proculus**, **Alcomas**, **Helianus**, **Paulus**, **Solastus**, **Protogenes**, **Jerax**, **Euchicus**, **Theodoros**, **Dalchion**, **Lucius** presbyteri, et ceteri omnes qui nobiscum congregati sunt: ex vicinis urbibus et gentibus episcopi et presbyteri: et diaconi, dilectissimis fratribus in domino salutem. Et post pauca addiderunt: mittentes hanc epistolam. Deprecamur omnes ut si quis forte tali doctrina infecti sunt curent a vobis: sicut et beate memorie viri **Dionisius** alexandrinus et **Firmilianus** ex capadocia iam prius scripserant ad antiochie plebem: dedignantem imo potius declinantes ad personam ipsius scribere qui erat auctor erroris. Ipse autem beate memorie **Firmilianus** cum adhuc superesset: secundo affuit: et presens cum arguit ac nota uit: sicut omnes nouimus et testamur qui simul cum illo veneramus. Sed reprimite eum corrigere errorem credidit speras posse fieri: ut absque religionis nostre obprobrio et dissensionum nota res veniret in melius, et ideo dissimulauerat, cum tamen **Paulus** dolo differret: et hominem quidem falleret: deum autem negaret: ac fidem in qua renatus fuerat violaret. Denique et nunc beatus **Firmilianus** veniebat antiochia: et cum **tharsus** usque peruenisset: et nos omnes antiochie positi aduentum illius operiremur: nunciatus est nobis excessum se de mundo. Post aliquanta vero describentes eius vitam moresque adiungunt etiam hec. Postea vero quod a doctrine regula ad aliena se dogmata et adulterina conuertit non opus est enunciare actus eius priores, quod cum prius egens fuerit et pauperrimus: et neque ex pentium successione: neque ullam que stus occasionem habuerit honestam: nunc ad sumas diuitias puenit: non aliunde nisi ex sacrilegiis et ex his que per fraudem diripuit: concutiens fratres: vendens patrocina: et fidem negotiorum susceptor: nec accepta mercede custodiens: existimans se quod scriptum est: quod est esse pietatem. Superbiam vero eius quis ferre posset cum se magis ducenarium quam episcopum videri vel

let: Nam et incedens per plateam tali quadam ambitione utebatur: publice epistolas relegens: atque in auditu omnium et oculis dictans assistentibus sibi in platea notariis, directio quoque preuentum et dissipatio insequentium quam plurima querebatur: ita ut omnes qui videbant horrescerent et detestarentur illius arrogantiam religionem diuinam. Hec in publico. Intra ecclesiam vero tribunal sibi multo altius quam fuerat extrui: et thronum in excelsioribus collocari iubet. Secretarium quoque sterni et parari sicut iudicibus seculi solet. Verbum vero faciens ad plebem: iactare supra modum dexteram ac palmam femori illidere: pede quoque subsaltare: ac scabellum ferire cum sonitu. Ab auditoribus vero non fauorem neque plausum sperare solum: sed theatriali more oratoria moueri sibi expetebat: et vocem tamquam de caueis dari. Hec non solum a viris: sed etiam a mulieribus indecenter expetebatur. Si quis vero auditorum honestius et verecundius agens a clamore nimio temporis: velut iniuriam faciens: patiebatur iniuriam. Sed et antiquis et defunctis iam tractatoribus insultabat: et illis derogans: suas laudes inuerecunde impudenterque iactabat. Rhetorem se magis quam ecclesie doctorem laudari cupiebat. Psalmos vero qui in dominum nostrum iesum christum dicebant cessare fecit: velut neotericeos et nuper inuentos. In semetipsum vero compositos diebus pasche in medio ecclesie canere mulieres: maxime quas ipse prius ad canendum pro more instituerat faciebat: ita ut horresceret si quis audiret. Nam cum ipse filium dei negaret descendisse de celo: sed a maria cepisse et initium habuisse de terra: psalmi qui in ipsum dicebant et quibus in populo laudabatur angelum eum dicebant descendisse de celis. Et hec ipse assistens et audiens: non solum dici non prohibebat: sed elato supercilio delectabatur audire. De mulieribus vero que cum ipso simul manebant: quas nisanctas Antiocheni appellant. quid opus est dici? Ex quarum societate et contubernio ut sibi nulla questio moueretur: etiam presbyteris et diaconis suis his dicitur qui ei morem gere-

bant habendi mulieres secum similem licentiam dedit. Sed et congregandi diuitias tribuit facultatem: quo ipsi in similibus obnoxij magistro nequaquam crimen impingerent. Nos autem idcirco hec scribimus fratres charissimi: quia nouimus quam sacrosanctum debeat esse episcopale sacerdotium: quod et clero et plebi esse debeat exemplo. Neque enim ignoramus quosdam dum incautius sibi ad cohabitandum iungunt mulierculas cecidisse. Quod etiam si non fiat: aut certe in suspicionem venire de talibus sacerdotibus grauissimum est. Quomodo autem vetare poterit eos qui infirmiores sunt a mulierum consortio: quibus ex his que gerit auctoritatem prebet. Tantus vero ac tam immitis suis fuit in potentatu: et ita spece quadam tyrannidis elatus est: ut ne ad arguendum quidem quisquam: vel ad accusandum auderet accedere. Sed hec que diximus condemnari possent etiam in eo qui fidem catholicam seruat: et in ecclesiastici dogmatis veritate perdurat. Hic vero qui abiurato fidei mysterio: ad pollutissimam se arcem aheresum contulit. necessarium enim fuit etiam propter erroris ipsius designari quod habendus vel quomodo execrandus est. Et post multa in fine epistole addunt etiam hec. Igitur necessarium est visum hunc resistentem deo: neque acquiescentem vere fidei abijci et abiurari. alium vero pro ipso ecclesie catholice constitui episcopum: per dei gratiam. pussum filium beate memorie Demetriani: qui huic ipsi ecclesie inculpabiliter presuit. Domini nomine: virum omnibus bonis ornatum. Indicauimus autem vobis de eo: ut sciatis ad ipsum vos scribere debere: et ab ipso communionis scriptura suscipere. Hic autem qui indignus habitus est esse in ecclesia catholica: anathema scribatur: et illius heresis sectatores excommunicentur. Domino igitur in episcopatum subrogato: Paulus et sacerdotio abscisus et communione: cum de domino ecclesie nollet exire: interpellatus imperator Aurelianus religiose satis de hoc sancteque decernit: his precipiens ecclesie domum tradi: quibus ita sacrescunt et

Ecclesiastice historie

romanus episcopus scripserant. Et iterum predictus Paulus ad cetera mala etiam hoc dedecoris acquisiuit: vt manu publica de ecclesia pelleretur. Et tunc quidem talis erga nos existeret Aurelianus? Processu vero temporis immutare propositi sui bonum cepit: et malis consilijs deprauiatus: persecutionem erga dei ecclesias meditari: eo vsq; vt dicatur: qd dictatis litteris et scriptis cum superesset sola superscriptionem nefande dextere deturbauerit. Forte etenim subita condemnatur: qui de plorum morte censebat: vt ostenderet deus quia non cum voluerit tyrannus cruciamur: sed cum probauerit ipse corripimur. Igitur sex annis Aurelianus cum gubernasset principatum: Probus post hunc suscepit. Cui cum tantumdem temporis expleisset imperio, Carus vna cum filiis Carino et Numeriano succedit. A quibus tribus annis nec plenis romano regno administrato: Diocletianus suscepit principatum. Is vero maximas in nos persecutiones: et ecclesiarum subuersiones molitus est.

De heresi Manicheorum tunc exorta:

Capitulum XXVII.
Sed paulo antequam hic imperium sumeret in vrbe roma defuncto Dionisio: post nouem annos sacerdotum felix suscepit sedem. Duo tempore Manes quidam fin nomen suum insanies: et instinctu demonis agitatus in uitam et execrabilem omnibus heresim docet. Hic autem Manes gente perses: vita et moribus barbarus fuit: tam acer ingenio vt insanire vel demone adimpleri videret. Denique (vt rei extrinsecus docet) christi se nunc gerere formam conabatur ostendere: nunc ipsum paraclytum se esse predicabat. et elatus in infantia ad similitudinem christi duodecim discipulos eligens ad predicandum mittebat: dogmata stulta et inopia a diuersis hereticis qui iam prius extincti fuerant mutuata disseminans. et non solum orbe persica venena propinans. Ex hoc ergo manicheorum heresis vsq; in hodiernam diem diffunditur: eo tempore exorta

ta quo Felix in vrbe roma ecclesie perat. Qui per quinque annos administrato sacerdotio Euthiciano sedem reliquit. Is decem mensibus solis transactis Gato episcopatui tradit. Qui nostris iam temporibus quindecim annis sacerdotio profectus Barcellinum successorem reliquit quem iam persecutionis tempus inuenit.

De ecclesiasticis viris nobilibus: quorum aliquanti etiam vsq; ad nostram memoriam perdurarunt.

Capitulum XXVIII.
Sed a tempestate apud antiochiam sacerdotum post Dominum suscepit Thimicus, post Thimicum vero Cirillus. Cirillo autem successit Dorotheus: qui ad nostram vsq; memoriam perdurauit: vir eruditissimus et in scripturis diuinis satis intentus, qui per multa diligentia etiam hebream linguam didicerat, greca autem eruditione liberali a puero fuerat institutus. Is eunuchus a natiuitate fuit. Ex quo etiam imperator in admiratione cum habuerat: et honores et contulerat purpure proposituram. Huius etiam nos cum in ecclesia scripturas exponeret auditores in puericia fulimus. Post hunc Tyrannus apud antiochia sacerdotum suscepit. sub quo ecclesiarum persecutio increuit apud laodiceam. Post Socratem Eusebius alexandrinus genere episcopus fuit, qui in causa Pauli famositate ad partes Syrie cum venisset: quod esset in scripturis diuinis eruditus: a fratribus studiosis: velut thesaurus quidam repletus: vltra nusquam abire permissus est: sicut Dionysius in epistolis suis scribit. Huius quoque Anatholius successor vt aiunt bonus bonus extitit: qui et ipse genere alexandrinus erat: eruditione liberalium litterarum: et in philosophicis a puero apprime eruditus: ita vt apud alexandriam dialecticam docere: ab omnibus eruditis viris et philosophis cogere. Hunc etiam belli tempore quod inter ciues exortum est apud alexandriam ferunt multa bona ciuibus in consilijs et puisionibus prestasse. Ex quibus vni tantummodo factum breuitatis causa me

morabo. Frumentū alit cum deesset ob-
fessis: et fames grauis q̄s hostis v̄geret:
tertia pars cum due seinuicem impugna-
rent: erat populi separata: que quasi fidē
romanis seruabat. In qua parte tunc eti-
am sup̄dictus Anatholius erat absq̄s im-
pugnatione. Sic ad magistri ruz militie re-
fert: cumq̄s de famis necessitate que obse-
ssis acciderat edocet et in petratam gratiā
ciuibus defert: eāq̄s hoc modo distribuit.
Primo quidem vtrāq̄s inter se dissiden-
tes alloquit̄: ac romanis redire in gratiā
suadet. Sed cum reluctantes videret hoc
saltem inquit credo vos libenter accipe-
re: vt oēm viroz manū imbellem q̄ belli
quidem vobis nequaq̄s: cibi tamen neces-
sario princeps est. et ire portas sinatis. Cō-
siliū ab vtrāq̄s parte gratanter acceptū
est. Decernūt imbellem manū egredi ca-
stris debere. Data occasione: omnes pene
quos inedia consumebat: pariter cum im-
bellibus erumpunt: p̄cipue nostri quib̄
bellum gerere contra p̄positū erat. Quos
omnes Anatholius suscipiens: paren-
tis simul ac medici fouebat affectu. Et ita
multitudini salutem per cibum propere
contulit reliquis vero qui pauci remanse-
rant: formidinem belli et desideriu pacis
incussit. Ita misericordi prudentiq̄s con-
silio v̄bez maximā fame pariter absoluit
et bello. Hūc ḡ scdm̄ de alexādria dei mu-
nere laodicenozū ciuitas accepit ep̄scop̄
p̄ū: post transactum quod supra memora-
uimus bellum. Multa quoq̄ opuscula
sup̄dicti Anatholi magnifice composi-
ta ad nos vsq̄ venerūt. Ex quib̄ dignuz
mibi videtur de pascha quid senserit ipsi
us verbis p̄ferre. Est ergo inquit in p̄s-
mo anno inītiū p̄mi mensis: quod est de-
cem et nouem annoz: circuli principium.
Scdm̄ egyptios quidez mensis Fames
noth vicesima sexta die. Scdm̄ macedo-
nes dicti mēsis vicesima secūda. Scdm̄
romanos vero vndecimo kal. Aprilis.
In qua die sol inuenit nō solum conscen-
disse p̄imam partem: verum etiam quar-
tam tam in ea die habere. id ē in p̄ma ex
duodecim partibus. Hec autē particula
p̄ma ex duodecim vernale est equinoctiū
et inītiū mensiū: et caput circuli: et absolu-

tio cursus stellarū: que planete id ē vage
dicunt̄: ac finis duodecime p̄ticule et to-
tius circuli terminus. et ideo nō parū dici-
mus delinquere eos qui ante inītiū hoc
noui anni pascha putant esse celebrandū
Sed nec a nob̄ p̄mis exo: diū sumit. hec
ratio antiquis iudeis fuisse comprobata
demonstratur: et ante aduentum christi
obseruata: sicut euidenter Filo et Iose-
phus edocet. S; et hoz antiquozes Aga-
thobolus: et ab eo eruditus Aristobolus
expaniana: qui vnus ex illis septuaginta
seniorib̄ fuit: qui missi fuerūt a pontifici-
bus ad Ptolomeū regē: hebreoz libros
interpretari in grecum sermonē: quib̄ mul-
ta ex traditiōibus moysi p̄ponenti regi p̄-
cunctantiq̄s responderant. Ipsi ergo cū q̄-
stiones et odis exponerēt: dixērūt pascha
nō prius esse imolandum: q̄s equinoctiū
vernale transiret. Aristobolus vero etiā
hoc addit in die pasche non solum obser-
uandū esse: vt sol equinoctiū vernale trā-
scendat: verū et luna. Cū enī duo sint equi-
noctia inquit veris et autumnū equis spa-
cijs direpta: et quartadecima die mensis
p̄mi sit statuta solennitas post vesperum
quādo luna solī opposita e regione depre-
hendit̄: sicut etiam oculis p̄bare licet: In-
uenit vtiq̄s vernalis equinoctij p̄tem sol
obtinens. Luna vero econtrario autūna-
lis. Legi et in eoz libris alia m̄ta de his
validissimis assertionibus exposita: que
euidenter ostendant pasche solennitatem
omni genere post equinoctiū celebrandā
Multā et alia p̄terea nō solum religiosi
viris: s; et philosophis amiranda scripta
Anatholius dereliquit: quibus salutarē
eius eruditio scire volentibus innotescat
Hūc p̄mus Theotignus sacerdotiū ces-
saree tenens in episcopatu manus impos-
suit: et viuens ipse sibi cum successorē sue
cathedre statuit. Unde et aliquāto tpe pa-
riter cum ipso Theotigno cesariensi eccle-
sie p̄fuit.

De ep̄is martyrib; et doctorib; eiusdez
tempis.

Capitulum XXIX.

Ed cum aduersum Paulū sa-
mosathenū antiochiam cōue-
niretur ad conciliū: p̄tergredi-
entem Anatholiū defuncto Eusebio lao-

Ecclesiastice historie

dicens ecclesia sextum sibi vendicauit episcopum. Post quē vltimus vsq; ad psecutionis tēpus apud laodiciam **Strophanus** ecclesiaz gubernauit. Et ipse eruditione et eloquentia prioribus nō inferior: sed fidei virtute longe dissimilis: sicut psecutionis ignis pbauit. Nihil enī philosophie in necessitate temptationis ostendit. Sed nō p̄tinuo in illius infirmitate dei paupertas ostendit. Post huius nā: q̄ casum puidit deus ecclesie illi episcopū **Theodotū** noie: virum nō solum verbis: sed rebus et virtutibus ornatū. Hic arte quidem medicus fuit. sed ad animam a dño translatus est medicinam. Vere incompabilis qui super omnes pene homines fide: misericordia: studio vigilātia: atq; omnibus optimis institutionibus claruit. In scripturis quoq; diuinis laborem q̄ plurimū gessit. Interea apud cesaream p̄lestine **Theotigno** cū episcopatu solertissime peregrasset **Agapinus** succedit. Qui et ipse multo labore: multaq; diligentia in gubernatione populi adhibita: et p̄cipue erga indigentes paterna puidencia ferebatur. a quo et vir p̄ omnia prudētissimus vita: eruditione: morib; adornatus. Nam **philus** ecclesie ipius p̄byter subrogatur. Sed iste **Pamphilus** quisue sit: et quantus: et vnde oriundus: qm̄ nō erat dignus breuiter transcurrere omnē eius vitam: in institutionēq; a puero: et quanta in psecutionibus per diuersas confessiones pertulerit: quosq; agones dsudauerit: et qualiter super omnia coronam martyrii indeptus sit: p̄prio id opusculo comprehendimus. De hoc ergo q̄ mirabilis fuerit illa lectio docet. Sed et alios q̄ plurimos per illud tēpus amirabiles in p̄byterio viros nostri iam memoria tenet. vt apud alexandriam **Hierium**. **Delectum** vero apud p̄otum: qui episcopus postmodū factus est. Sed **Hierius** quidem acer ingenio in diuinis scripturis nobiliter eruditus: vita purissimus: atq; ad christianā philosophiam nudus: et penitus expedit: doctor ecclesie incompabilis puatim et publice mirabiliter disputans. **Deletius** vero tante fuit suauitatis in moribus et tante dulcedinis: vt **Delaticus** a sodalib; vocare

tur. In omni eruditione perfectus. In rhetorice talis erat: vt alijs studijs nūq; vacasse putaret. In cunctis vero philosophie generibus que in quinq; diuiduntur disciplinas. ita erat per singulas consummatus: vt cum in vnaqueq; quis experiri voluisset: in hac cū sola a puero habuisse exercitium iudicaret. Cūq; esset eruditionū p̄rogatiua magnificus: virtus tamē animi et vite sinceritas lōge in eo magnificentior habebatur. Quē nobis psecutionis tempe in fuga positū apud palestina: diligentius et plenē agnoscere licuit. Igitur hierosolymis post **Himeneū**: de q̄ paulo ante mēorauimus **Zapdas** sacerdotiū suscepit. Nō paruo tpe administratū **Hermioni** post se tradidit. Hic vsq; ad nostri tempus psecutiones apostolicā inibi quā susceperat cathedram cōseruauit. Apud **Alexandriam** vero maximo qui successerat **Dionisio**: cum in decē et octo annis sacerdotium trāsēgisset: **Theonas** succedit. Cuius tempe **Achillas** eiusdem ecclesie p̄byter ecclesiastice schole magistratū tenuit: eruditione: fide: conuersatione: et moribus insignis. **Theonas** vero cum decē et nouem annis sacerdotium inculpabiliter ministrasset: sedem tradidit **petro**: viro inter p̄cipuos egregio. Hic duodecim annos in episcopatu illius vrbis exegit. Quorū tres ante psecutiones: reliquos vero nouem diuersis in temptationū generibus duxit. Cūq; se semp in omni agone p̄secutionū positus artiorib; vinculis continentie distringeret: et ad vtilitatē atq; instructionem ecclesie in verbo dei nobiliter insisteret: satisq; vigilanter erga oēm sacerdotij curam diebus desudaret ac noctibus: nono psecutionis anno: episcopatus vero sui duodecimo: martyrii coronā capitis obtruncatione promeruit. Hucusq; successiōes episcopoz: gesta q; diuersa dñi et saluatoris nostri natiuitate: vsq; ad tēpus psecutionis in qua ecclesie quoq; destructe sunt: historie mandauimus. De reliquo vero agones martyrum q̄ ipsi p̄ nosmetipsos vidimus describētes: posteris ad memoriā relinquamus.

Explicit liber septimus.

Incipit octauus liber ecclesiastice hystorie cum capitulorum annotatione.

Postulorum

successionibus intra septem libros a nobis conclusis: in hoc octauo volumine dignus credidi: etiam ea que nostris temporibus gesta sunt: posterorum memorie de relinquere: et hinc iam nobis finis sumat exordium.

De nostri temporis ac Diocletiani: et Maximiani: et Maximini persecutione.

Capitulum I.

Tempus ante nostris temporibus persecutiones que mirabiliter: queque magnifice per uniuersum mundum sermo christi et pietatis doctrina profecerit: et in quantum sublimitatis ascenderit enarrare ut res nostras superat. Nosci tamen et ex hoc possibile est: quod aliquanti ex principibus romanis et facultate regendi puincias iurisque dicendi nostris prebebant. Et coniugibus et ministris atque uniuerse domui sue non solum credere in dominum iesum christum: verum et cum omni fiducia ac libertate in fide agere sinebant: ita ut illos sibi fideles ac familia res ducerent. De quibus certi erant quod per fide christi nihil periculum saperent. Sicut fuit opinatissimus ille Dorotheus in cubiculo regum: qui propter fidem domini fidelissimus in omnibus habebatur. Unde et cunctis preferri honore meruit et amore. Cum quo et Borgonius: ceterisque cum ipsis in domino fideles: vel qui intra palatium in summis honoribus erant: vel qui ad puincias gubernandas preferri ceteris fidei preterplatione merebantur. Jam vero multitudines coeuntium intra ecclesias populorum: et precipue in diebus festis innumerabiles catervas per loca singula confluentes quis digne poterit explicare: cum ne ipsa quidem antiqua receptacula sufficerent: sed quotidie orationum domus dilatarentur: ita ut amplitudo earum concludere instar vrbium videretur. Sic per tempora plurimum ecclesiarum status incrementis prosperioribus augebatur: et gloria earum terris excedens et cuncta supereminens festinare videbatur ad celum. Nulla enim occurrebat inuidia: nullus

lucorum nequissimi demonis obusabat: quoniam quidem celestis dextere fulciebatur auxilio plus etiam tunc bene de deo per pietatis cultum et iusticie obseruatione permeritus. Tunc ubi ex multa libertate: multaque indulgentia viciati sunt mores: et disciplina corrupta est: dum alter alteri inuidemus: et alter alteri derogamus: dumque nos inuicem mordemus et incusamus: et aduersum nosmetipsos intestina plura commouemus: dum verborum iaculis primorum corda terimus: dum principes cum principibus: populi cum populis seditiones et certamina periclitamur: dum simulatio in vultu: dolus in corde: fallacia profertur in sermone: et malorum per singula cumulus intumescent. diuina puidentia iacturam discipline populo suo illatam: ex plurima pace et nimia sui lenitate prospiciens: aggreditur primo sensum refrenare lapsantes: et integro adhuc ecclesie statu congregatiouibus manentibus indulget: interim eos qui erant in militia tantum gentiliu persecutione pulsari. Sed cum nullus ex hoc clementie eius intellectus populis redderet: quoniam potius velut ignorantes deum absque diuina puidentia res agere ducerent: et per hoc eo magis persistere in malis suis: atque ipsi qui duces populi videbantur et principes: diuini mandati inmemores effecti aduersum se inuicem perentibus: zelo: lucore: superbia: inimicitijs: atque odijs inflamarentur: ita ut tyrannidem potius quam sacerdotium tenere se crederent: christiane humilitatis et sinceritatis obliti: sacra mysteria profanis mentibus celebrarent. tunc demum secundum vocem Hieremie prophete obscurauit dominus in ira filie syon: et deiecit de celo gloriam israel: nec rememoratus est scabellum pedum suorum in die ire sue. Et sicut iterum dicitur. Submersit deus omnem decorem israel: et omnes maceratas eius destruxit. Et rursum sic dicit in psalmis. destruxit testamentum suum: polluit in terra sanctificationem eius per ecclesiarum scelerum subuersionem: et destruxit omnes maceratas eius. posuit munitiones eius in timore. diripuerunt populum eius omnes qui transierunt per viam: per quibus cunctis obprobrium facti sumus vicinis nostris. exaltauit enim dexteram inimicorum nostrorum: et auertit adiutorium gladii sui: et non adiunxit nos in bello: sed destruxit eum ab emundatione et thronum eius elisit in terra. Paucos fecit dies nostros et super omnia effudit super nos confusionem

Ecclesiastice historie

Sūma nāq; maloz nobis affuit omnīū tunc cū domus orationis z ecclie dei vsq; ad solū deducte sunt: atq; ab ipsis subuerse sunt fundamentis. Diuine vero scripture in medio plateaz igni cremate sunt. **P**rophetas ipsi hec nostris vidimus oculis. **S**acerdotes dñi z pastores ecclesiaz publice denudatos: inuerecūde z inbone huc atq; illuc ab impijs traditi: ita vt cōpleret ille sermo ppheticus qui ait: effusa est stumelia sup pncipes: z seduxit eos in inuio z nō in via. **S**z nō est nostrū describere quanta in sacerdotes dei iniuriarū genera collata sint. **S**icut ne illud qdē nostrū duximus exponere singillatim quāta pus inter nostros rabies dissensionis exarserit. **H**oc solum historie tradere licuit: q; iusto dei iudicio z necessaria correptione diuinā sensimus manum. **N**eq; em refert in mediū pferre: p quib; vel turbo psecutionis inuectus est: vel quos qñrosq; infidelitatis pcella submerferit. **S**z illa sola cōmemorabo que vel nostros discētes, vel alios edificent audientes. **P**ropter qd hinc sã diuinos agones beatissimoz martyriū breuiter in quantū possumus explicabimus.

De ecclesiaz subuersionibus.

Caplm. II.
Nonusdecimus agebatur annus imperij Diocletiani mēsis marcius: z dies solēnis pasche iminebat: cum edicta pncipis p omnē terram pponerent: vt cuncte q; vbiq; vsq; sunt ecclesie ad solum vsq; destruerentur. **S**cripture sacre igni exurerent. **S**i quis inter nostros alicuius honoris progatiua muniretur: sublata hac maneret infamis. si quis fuoz pmanisset christianus libertatē pseq; nō posset. **H**ec omnia his q; pmo aduersum nos lata sunt pntinebant edictis.

De qualitate persecutionum.

Caplm. III.
Post non multum vero tempis addunt z alia. **I**ubetur vt oēs qui per loca singula ecclesijs p sunt primo quidem conijclant in vincula: tum deinde omnib; supplicijs simulacris imolare cogantur. **H**inc vero ingēs

spectaculū sacerdotes dei effecti sūt huius mūdo z angelis z hominib;: cū persecutoroz crudelitate ad supplicia raperentur: z agones mirandos omnibus desudarent. **I**llos aut qui z multo plures fuerūt q; metus oppressit: z ante congressionem solus terror elisit pterire melius puto. **C**eteri vero quoz mens pmprior z fides validior fuit tormēta patiebant. **F**lagris alijs discerpebant: alijs yngulis fodiebant: alijs ignitis laminis vrebantur. **E**x quib; nō nulli quidem fatigati cedebant: alijs vsq; ad finem patientiā obseruabant. **E**t ipsis aut psecutorib; quidā tanq; misericordie vsi: adhibebant nōnullos nostroz ad intacta sacrificia: z quasi sacrificassent conclamabant cū non sacrificassent. **D**e alijs vero cum appropiassent qdem imundis hostijs acclamabant ipsi q; sã imolassent z abcedebant: in eo tantū culpabiles q; crimen sibi obiectum cū silentio paterent. **A**lij semiuui sublati tanq; mortui pūciebant. **A**lij pedib; tracti inter eos qui sacrificassent deputabant. **A**lii qui sane exclamabant ingenti voce z testabant se nō sacrificasse: sed esse christianos: tali se gaudent cōfessione decorari. **N**onnulli etiam maiori fiducia: neq; imolasse: neq; ynq; imolatuos esse testabant. **Q**uibus tñ ab assistentib; militib; ora pnuo atq; oculi pntinebant vt tacerent: z violenter expellebant tanq; acquesissent. **T**antum erant impijs studij: vt ppositū suum viderent implese. **S**ed nō aduersum beatos martyres impune h; facere licebat. **Q**uoz patientie z magnanimitatis virtutem: q; uis nullus digne pferat sermo: tñ p mediocritate virtutum nostrarū que possumus enarrabimus.

De martyrib;.

Caplm. III.
Igitur pmo oīm qm sicut dicitur ignis huius exordij inter solos militares parua scintilla pflauerat: cum delegerent si q; essent inter milites xpiani: vt aut imolādū sibi sciret: aut militiā pariter vitāq; ponendā: pluri mi ex ipsis militiā p fide christi: pauci etiam aias posuere. **C**ū vero inde flāma sumēs inicitū tota p ppos z sacerdotes exagerasset incendia: possibile non est nūcro

comprehendi quanti quotidie penes per singulas quasque urbes et puñcias martyres efficiebantur.

De his qui apud Nicomediam passi sunt.

Capitulum V.

Etenim apud Nicomediam vir quidam de nobilibus honore et dignitate seculi illustris: simul ut vidit aduersus cultores dei in foro crudelia edicta pendere: calore nimio fidei ignis publice populo inspectante inecta manu libere inique legis detrahit: ac minutatim discerpit: Augusto in eadem urbe simul cum Cesare constituto. Ad quos cum relatum esset religiosi et illustris viri factum continuo omni in eum crudelitatis genere deservientes: ne hoc quidem solum efficerent quiverunt: ut cum mestum aliquis videret in penis: sed leto atque hilari vultu: cum iam viscera in suppliciis defecissent: spiritus tamen letabatur in vultu. Ex quo tortores sui gravius cruciabantur quod omnia suppliciorum genera consumebant in eum: quem ne tristis quidem ex his reddere poterant.

De his qui in domibus regum erant.

Capitulum VI.

Post hunc ad unum ex Dorotheliodalibus qui in cubiculo regis erat: qui quod spiritus in affectu habitus fuerant liberorum: intentionis transferret infantia. Etenim cum de imensis supra memorati martyris suppliciis liberius cavere faretur: educi ipse iubetur in medium: atque immolare compellitur: abnuens imperatur appendi: et flagris toto corpore laniari: vis delictet ut doloris necessitate faceret quod precipiebatur inuitus. At ille cum maneret immobilis: visceribus tam pelle nudatis: iubetur aceto ac sale perfundi. Cumque etiam tormenti genus constanter ac fortiter tollerasset: craticula prunis substrata ponti iubetur in medio: ibique quod reliquum fuerat in verberibus absumpti corporis super ponti: et non ad subitum: sed sensum paulatimque succendi: quo seque pena protelaretur in longum. Cumque ministri scelerum hinc modo corpus modo inde versantes: per membra singula penas inciperent: et supplicia renouarent: sperantes ab eo elicere se posse consensum. Ille firmus in fide: et ovans

in spe: consumptis iam et igne resolutis carnibus suis: vltimum spiritum in fide letus exhalat. Tali Petrus (hoc enim ei nomen est) martyrio decoratus. Vere Petri extitit et fidelis heres et nois. Huius institutor in disciplina: et magister in officiis que intra palacium exhibebat Dorotheus erat cubiculi regis prepositus habens secum officio: fide: et magnanimitate parem Borgonium. Quorum institutionibus optimis omnes pene cubiculi ministri in fide dei vigilanter et libere persisterant. Dorotheus igitur et Borgonius cum Petrum tam crudelibus viderent: atque immanibus suppliciis cruciari constanter et libere: cur autem imperator punis in Petro mentis sententiam. que in nobis omnibus viget.

Et quid in illo crimen ducitur: quod a nobis omnibus confitetur? Nec nobis fides: hic cultus: et unanimis eadem sententia. quos ille cum in medium nihilominus venire iussisset: et similibus penis aut peioribus suppliciis affectos: ad vltimum laqueo appensos necari iussit. Tunc et Anthimus ipse urbis episcopus in domini Iesu Christi confessione perdurans: martyrii gloriam capitis obtuncatione suscepit. Hunc autem tanquam vere bonum pastorem viam martyrii peruentem: uniuersa pene gregis sui multitudo persequitur. Accidit namque apud Nicomediam in ipsis diebus partem aliquam palacii incendio conflagrari. Hoc imperator a nostris factum falsa suspitione presumpsit. Ex quo inestimabili furore succensus: iubet omnes nostros acervatim collectos: alios quidem gladio obtuncari: alios ignibus conflagrari. Sed in illis per divinam gratiam maior fide ignis ardebat. Denique cum assistentes ministri interrogarent singulos: si qui forte sacrificaturi vellent dimitti: tam viri quam mulieres ne interrogari quidem se patiebantur: sed vltro vel flammis frueri: vel cedentibus gladiis certatim obiectare ceruices. Cumque iam illis spectatoribus ipsis nimietas crudelitatis horresceret: et ministri scelerum partem populi nauiculis in sectam: in medium pelagi abducunt: ibique in sententia fidei persistentes precipitabant in profundum. Intantum vero apud eos ra-

Ecclesiastice historie

bies crudelitatis exarsit: vt regios pueros martyres effectos: cū fm humanitatis ordinem fuissent sepulture mādati: effoderent denuo: et corpora eoz pūcerēt in mare: hoc dicentes: ne forte dñi efficiant christianoꝝ. Et illi qui deos adorare nolunt: suos nostros incipient adorare. Putāt enī q̄ diuinus apud nos honor martyribus deferatur. Cum hec apud Nicomediam gererentur: vbi cruentus et feror auctor ipse crudelitatis ptoꝝ carnibus inhiabat: haut segnius etiā apud Deletenen puīnciam Syriamq; omnes ecclesiarū pncipes carceribus retrudi: et in vincula conijci edictis pncipalibus vigeabantur: simulq; cum his ex plebe viri et mulieres nobilesq; et ignobiles rapiebant. et fiebat vbtq; speculum miserabile ac feduz. Subito nāq; inueniebat in vrbe silentium: in carceribus constipatio: in vrbe per plateas homo nullus: in carceribus vacuus locus nullus: vt nō tam res ad ergasculū ducti: q̄ ciuitas tota migrasse videret ad carcerem. Cathene que homicidīs: adulteris: feneratoris: et sepulchoz violatorib; fuerant fabricate: nunc episcopoz et psbyteroz diaconozq; et lectorz: atq; omnium religiosoz hominū colla constringūt: ita vt criminosis nec vincula superessent: nec locus ergasculi resideret. Verum cum puenisset ad pncipem estuare carceres: et p innocentū penas locum deesse criminosis: noua rursus decreta mittunt: vt ex his qui conclusi erant si q̄ veller imolare liber abscederet: qui vero abnueret diuersis penaz generib; interiret.

De Agyptijs q̄ apud Fenicē passi sūt.
Caplm. VII.

Quam iam quante p singulas puīncias multitudines martyꝝ: et p̄cipue i affrice ac mauritanie Thebaidis quoq; atq; Agypti regionib; extiterint: numero comprehendere quis valeat. Sed ne illoꝝ quidem quoz agones apud palestinaꝝ: vel Tirū q̄ est vrbs maxima Fenicis: p̄sentes inspeximus vt dignum est memorare sufficimus. Tanta etenim ab eis virtute p̄seuerantie aduersum illata supplicia p pietate certatum est

vt nisi quis prius dño et saluatori nostro credat dicenti. Quia ecce ego vobiscum sum omnib; diebus vsq; ad cōsumationē seculi: et eius virtutem martyrib; sciat esse p̄sentem: rebus gestis deroget fidem. At nos vt dixi nō audita sed oculis nostris inspecta narramus. Exquirebant diuersa tormentoz genera sibi nūicē succedentia. Flagris primo per omne corpus dei martyres carpebant. Post hec tradebantur ad bestias, adhibebant leones, vrsi, pardi, atq; omne feraz genus: apri quoq; sed et thauri: quibus ferro et igni feritas addebatur. Preparabant hec omnia aduersus cultores dei: et omnis contra eos hominū bestiarumq; et elementoz crudelitas armabat. Ad hoc di cultores denuo dati statuunt in medio arene loco. Additur adhuc arte intra caueas bestiis furoꝝ: et ita seniores semetip̄s effecte p̄uūt claustris, replent subito stadiū: circumdant ecclesiam martyꝝ in medio sitam, circūcūt sepius et oblustrant: et diuine virtutis adesse eis custodiam sentientes p̄cul ab eoz corporibus abscedūt. Sed ilico furo: q̄ reprimebat in beluis transit in homines. Nemo p̄sentem dei virtutem: nemo diuini pijs adesse sentit auxilium: sed mittunt quibus hoc artis est instigare bestias aduersum eos quos diuina dextera defendebat. Verum ille: vt ostenderet omnibus nō feritatem deesse bestiis: sed diuinā dei cultoribus adesse custodiam: illos ipsos qui ad instigandum mittunt incredibili velocitate discerpūt. Et cum iam nullus ex huiusmodi artificibus auderet accedere: iubentur ipsi sancti martyres cōmotis manibus et velut puocantibus incitare aduersum se beluas. Sed ne sic quidē pati aliquid poterant. Veruz et si forte aliqua fuisset ex beluis concitata: cum puenisset ad primū: prius in semetip̄sam couersa repedabat. Tūc vero stupor ingens et pauor omnes qui in spectaculis confidebant inuaserat: videntes homines nudos in quibus plurimū p̄me adhuc etatis in medio tot ac tantarum positos ferarum: intrepidus omnes et impavidos: extensis ad cælum palmis et oculis ac mente totos cum deo: non solum nihil curare terrena: verū

nec carnem quidem suam magnipendere
 et ipsis iudicibus pauore tremantibus: re-
 os leto et hilaris vultu in medio persistere
 bestiarum. Sed o dure et impie mortalium
 mentes: Bestiarum feritas dei virtute ma-
 suescit: humana vero rabies nec ferarum
 miscuit exemplis. Sed temptat adhuc ab
 hominibus deus. Subent alij vere crimi-
 nosi bestiis subigi. Qui tamen ilico ut ap-
 paruerunt alius a leone: alius a pardo: ab
 vris alius a ceteris: aut a thauro in acra di-
 speris est. Et ita omnes intra momentu
 temporis percuti. Sed ne sic quidem in-
 citate bestie cultoribus dei aliquid mole-
 stie generabant. diuino spiritu eos velut
 muris validissimis ambiente. Tera na-
 que ille est qui dixerat: vbi fuerint ex vobis
 duo vel tres: ibi ero in medio eorum. Cum
 ergo nec sic quidem aliquid egisset huma-
 na seueritas: iubentur mutari fere: et ablatis
 prioribus alie rursus dimitti. Que cum
 et ipse similiter ut potes nihil triste dei cul-
 toribus intulissent: amotis etiam huius seui-
 ores feris martyribus homines mittunt
 qui soli possent imanitate beluas: crude-
 litate feras: atrocitate bestias superare.
 Gladijs igitur peragunt quod bestiis ne-
 quituerunt. Et ut in omnibus se ostenderet
 beluis esse nequiores: prohibebant etiam
 eadavera mandari terre: sed iubebant flu-
 cibus dari. Hec apud Turum venerandi
 martyres qui ad illam urbem de Egypti
 partibus venerat mirifico certamine de-
 sudarunt.

De ipsa Egypto.

Capitulum VIII.

In sua vero puincia apud egypto
 ptum innuerabiles alij non infe-
 riori gloria tam viri quam femine:
 sed et pueri ac senes. pro fide domini nostri iesu
 christi presentem vitam parumpendentes:
 future glorie beatitudinem quesuere. Qui
 dam ex ipsis post verbera: post unguulas
 post flagella: aliosque diuersi generis hor-
 ribiles cruciatibus: flammis traditi sunt. alij in
 mare precipitati. nonnulli etiam capite cesi:
 ita ut sponte ceruices suas securibus da-
 rent. nonnulli inedia consumpti. alij pati-
 bulis affixi: in quibus quidam more per-
 uerso capite deorsum pressi sunt: pedibus

in sublime sublatis.

De Thebaidam.

Capitulum IX.

Apod Thebaidam vero omne
 narratione superat agitata cru-
 delitas: pro unguulis testas fictis
 lium vasculorum adhibebant tortores: qui
 bus omne corpus eo usque lacerabant: do-
 nec totam carnis eraderent cutem. Quo-
 lieres quoque nudas: ita ut ne pudenda que
 dem contegerent: arte quadam compo-
 sitis machinis vno pede in excelsum sus-
 pensas: et capite in terram demissas: in-
 dignissimo spectaculo expositas pendere
 pro diem continuu sinebant. Alias sicubi
 vicine sibi due arbores inueniebant: vique
 dam ab vtraque inflexis contra se invicem
 ramis: eisque singulis singulos pedes mar-
 tyris obligantes: subito ramos quos vi-
 inflexerant relaxabant. Qui cum ad situ-
 suum naturali impetu referrent: disceptis
 dissecatisque visceribus: auulsa secum me-
 bra rapiebant. Et hoc non paucis aliquot
 bus diebus aut paruo tempe: sed per an-
 nos aliquot quiescit: quando minimu des-
 cem: interdum autem et centum in vna die
 viri vel mulieres. sed et paruuli supradictis
 penarum generibus trucidabant. Verum
 et nos ipsi pro idem tempus cum in egypti
 partibus iter ageremus: oculis nostris inspe-
 ximus: ut sedenti pro tribunalibus seuis-
 simo preiudici offerrentur innumeri fidelium po-
 puli: quos ille singulos per ordinem con-
 fessos se christianos capite plecti iubebat
 Cumque huius certatim se et sponte gladio sub-
 iicerent confessione premissa: ille inhumana-
 nus et crudelis: nec multitudinis contem-
 platione: nec virtutis eorum magnanimitate
 permotus ducti nihilominus omnes et ce-
 di capite iubet. Egre diunt cuncti pariter
 ad contiguu menibus campu: non carnifi-
 cum necibus tracti: sed fidei vinculis col-
 ligati. Nemo defuit cui nemo se seruaret:
 sponte omnes imo et alter alterum pueni-
 entes: ceruices cedentibus obiectabant.
 defecerunt carnificum manus: et succedes-
 tes sibi invicem fatigati sunt. Debetata
 est acies gladii. videbam fessos residere
 carnifices: vires resumere: animos repa-
 rare: mutare gladios: diem quoque ipsum
 non sufficere ad penam. Nullus tamen ex

Ecclesiastice historie

omnibus nec puulus quod de infans deterreri potuit a morte. Sed hoc solum singuli pauescebant: ne forte dum periret sol vergens clauderet diem: separatus a consortio martyrum remaneret. Sic confidentia fidei constanter et fortiter cum leticia et exultatione mortem presentem velut eterne vite principia rapiebant. Denique dum porces quique iugularentur: reliqui non desidia aut corporum animos indulgebant: sed psallentes et hymnos deo canentes: locum quicquid sui martyrii expectabat: ut hec agentes etiam extreme spiritus in dei laudibus exalarent.

De Filea martyre.

Capitulum. X.

O vere mirabilis et omni veneratione dignus grex ille beatorum: turba virorum fortium: corona splendoris glorie christi. Hanc sane coronam preciosior omnium lapidis et gemma nobilior Fileas adornabat. Hanc turmam preibat ductor illustrior: hunc gregem pastor nobilior decorabat. Huius Filee martyris passionem apud Gregorium historicus egregie conscriptam recognouit: atque mirabiliter eum apud impios: de diuina religione nimium disputasse: ut et necesse Socratis philosophi quam apud athenas pro veritate tulit in testimonium illis protulisset. Fileas huic nomen est: qui erat episcopus vrbis illius appellatur Thimnitis. Hic nobilitate primi generis secundum animi fortitudo de celestibus traherebat: de terrenis vero quantum ad seculum pertinet: primus in romana republica fuerat honoribus functus: eruditione quoque liberalium litterarum et omnibus que ad animi virtute pertinent exercitijs apprime eruditus: nouissimam hanc que prior est omnium secundum dominum prophetiam ita suscepit: ut omnes qui precesserant antiret. Cumque plurimos principum et persanguineos nobiles viros in eadem vrbis haberet: frequenter ad presidium ducebat: eiusque monitis ut acquiesceret tot et tantis principum quis exorantibus respectus habere vrbis et contemplationem suadebat suscipere libere: neque cepta presumptione persistere. Ille velut si saxo timobili vnda allideret garrientium dicta respicere: animum ad celum tendere: deum in oculis habere: pariter et principum sanctos martyres et apostolos duce

re. Uiderat tunc quidam vir agens turmam militum romanorum: Philozomus nomine. Qui cum videret Fileam lachrymis principum quorum: et presidis calliditate fatigari: nec tamen flecti aut infringi vllatenus posse exclamabat. Quid inaniter et superfluo constantiam viri temptatis: Quid enim qui fidem deo seruat infidelem vultis efficere? Quid eum cogitis negare deum: ut hominibus acquiescat? Non videtis quod aures eius verba vestra non audiunt: quod oculi eius vestras lachrymas non vident? Quomodo poterit terrenis lachrymis flecti: cuius oculi celestem gloriam aspiciunt et contemunt? Post hec dicta cunctos in ira in Philozomum versa: vna eademque cum Filea subire sententiam poscunt. Quibus libenter annuens in dex: vtriusque plecti capite iubet. Verum quoniam Filee fecimus mentionem: et ingenij atque eruditionis eius studium predicauimus: non videtur absurdum si aliqua ex opusculis eius in quibus de martyrum passionibus memorat historie huic que ad rem videlicet pertinent inseramus. Scribens igitur ad Thimnitas idem Fileas: post aliquanta hec refert. Horum vero nobis bonorum exempla prebuerunt beati martyres: qui simul vna nobiscum in agonibus perdurantes: secundum quod ex diuinis scripturis fuerant instituti: oculum mentis sine in deo habentes defixum: mortem pro pietate absque trepidatione cupiebant. Indefinenter etenim considerabant dominum nostrum Iesum christum propter nos hominem factum hec nos docuisse: ut usque ad mortem obluemur aduersum peccatum. Siquidem ipse non rapinas arbitratus sit esse se equalis deo: sed semetipsum exinanitum formam serui accipiens: et habitum repertus ut homo: humiliauit semetipsum usque ad mortem: mortem autem crucis. Cuius exemplum secuti beati martyres omnes cruciatus et penas susceperunt: ne fidei sue conscientiam macularent: quoniam quidem perfecta in eis charitas foras eiciebat timorem. Quorum si velim tolerantie enumerare virtutes: et exponere robur constantie: nec mihi copia tanta sermonis est: nec puto alijs nisi his solum qui oculis suis intuebantur que gesta sunt videri credibilia. Erant enim expositi omnibus volentibus pro libidine inferre supplicia: et si quod aliquis pro oculum exco-

gitans nouū genus supplicij detulisset līcēbat inferre. Verberabant ergo alij fustibus: alij virgis: flagris quoq; alij: non nulli lozis districti: vel funib; appensi. Et erat studiū p̄ singulos pene nouū genus inuenire supplicij. Post tergū alij vincitīs manib; appendebant: et trocleis distenti: membratim diuellbant. Jam vero vngulis exarari vetus et leue ducebant. Quod si forte genus supplicij cuiq; fuisset adhibitu: nō vt latronib; et homicidis solet tñ latera fodiebant: sed et venter et femora ac tibia: et vsq; ad vngues vngula pueniebant. Sed ne facies q̄des ac vultus et frons a tormentis remanebat inuictis. Addebat et h̄ sup̄ omnia vt posteaq; fuissent humana corpora absq; omī humanitate laetata exposita in publico et nudata: nō solum veste s; etiam cute: crudele cunctis p̄tereuntib; spectaculū fierent. Quosdā columnis districtos et post tergū distortis brachijs vincitos delinquebant. Jam vero h̄i qui ante p̄sidem suspendebant: nō solum tempus quo ab eo vel discutiebant vel cruciabant: sed totum pene diē cum alij actus agerentur in eculeis erigebant: si forte aliqui ex his persistentes iugis pene continuatione a proposito firmitate deciderent. Tanta vero in his crudelitas erat: et intantū ab eis omīs penitus humanitatis sensus aufergerat: vt postea q̄ omī corpus vel tormentis vel verberibus fuisset absumptū: trahi nuduz pedibus rursus iuberetur ad carcerem: atq; ibi cippo neruo pedibus conclusis: recentibus adhuc terga vulneribus rejicerent in solum: testarum fragmentis substrati. Interea q̄ plurimū vsq; ad mortem p̄stanter et fortiter perdurantes: inuentorib; scelerum inaniter intentate crudelitatis pudorē nō minimū conferebant. Alij vero recepta corporis sanitate ad reparandos denuo agones dispensatores penarū spōte puocabāt. Quos illi erubescens rursus ad tormenta reuocare: ipa eorū audacia perterriti capite eos cedi iuebant. Iste sūt verū in dō philosophi beati martyris Filee voces: quas in vinculis positus et in carcerē retrusus cōmisit sibi ecclesie scribebat, quibus vna secuz socios

eos martyrum et consortes celestium faceret coronatorū.

De quadam ciuitate apud Frigiā p̄ christi noīe tota coronata.

Capitulum XXI.

In vero illud quod apud Frigiā gestum est quis audeat p̄terire: in quo et cōmunia humanitatis: et p̄p̄ta romanī regnī iura violata sunt: vbi vrbem quandam christianoz ciuitū in qua cum et populus omnis et honorati viri et curatores ac magistratus christianos se eē: nec acquiescere ad sacrificandum faterentur circūdanti militibus iuberent: cunctosq; simul cum mulieribus viros: cum paruulis senes: cum ciuib; ciuitatem: iniecto igne cōcremari: ita vt nullus penitus ex illa vrbe: etiam cum optio volentibus daretur abscederet. Et hoc in ciues perpetratum est: quod si in hostes egisset notam crudelitatis habuisset. Verū beati huius numerosiq; martyriū pariter ab vniuersa vrbe suscepti: auctor et dux extitit vir pietate et religione atq; omni benignitate clarus. Adactus noīe: patria et genere italus honoribus palatii p̄ gradus singulos vsq; ad officioz magistratū perfunctus. Rationes quoq; p̄ illud tempus summarū p̄tium administrans in supradicta vrbe degebat. Cuius in confessione christi constantiam omnis p̄plus secutus: boni ducis exemplo summarū vere p̄tium p̄ martyriū consecutus est palmā. S; vnde sufficimus p̄p̄ta vniuscuiusq; martyris p̄ singulos enumerare supplicia. Quis em̄ possit vel illa repetere: quibus apud Arabiam sancti martyres securibus cesi sunt: Aut quō quis retexat que in capadocia gesta sunt: vbi cura frangi dei cultoribus iuebantur: Quis melior potamse referat cruciatū: vbi christianos suini tergozis more singulis manibus pedibusq; suspensos: amarissimo fumo subter ingestis indignis cruciatibus enecabāt. Alios v̄o lento igne p̄e adhibito tormentis longioribus absumebant.

De his que apud Alexandriam et Antiochiam gesta sunt.

Capitulum XXII.

Ecclesiastice historie

Illa autē quō replicē que apud alexandriam gesta etiam veterū poetarū fabulas vincunt: vbi obtuncatis auribus: atq; inhonesto vulnere narib;: manū quoq; ceteroꝝq; mēbroꝝ sūmitatibus amputatis: truncū abire sinebant derisum. Apud antiochiam vero quō recordabor craticulas p̄mis impositas: quibus christiani superpositi torrebant. Sed inter hec nobiliū duoz iuuenū factum memorabile silere equū nō puto. Qui cū comprehēsi simulachris imolare cogentur aiūt. Ducite nos ad aras. Et cum fuissent adducti: manus suas ardenti igni supponentes: si subtraherimus inquit sacrificasse nos credite. Et quo ad vsq; caro oīs in ignem deflueret immobiliter p̄durarūt. Alij cum ad sacrificandū quererent: sacrilegam pollutionez vitantes vitam precipitō finierunt: minore quidem tolerantie fiducia: sed p̄seruande fidei maiore cautela. In quib; amirabilis quedam et veneranda femina: pulchritudine pariter et pudicitia formosa: genere nobilis et copiosa facultatibus. Cui erant due filie virgines honeste satis et ad matere pudicitie regulam nutritę: specie simul et morib; emula sibi p̄bitate certates: quas religiosa mater fm̄ p̄ceptū diuinū in timore dñi educauerat. Sed p̄ his que supradiximus vel nature vel institutionū bonis: prauoz hoīm multa eroga virgines: earūq; matrem contentio exagitabat: et summo studio sūmaq; vi perquirebant. Cuiq; declinandū turbātis gratia sui absentia p̄curassent: agitur omī intentione vt ear; p̄sentia fieret. missi in hoc ipm̄ milites: reptas eas venire antiochiā cogunt. Sed cū purgentibus militibus: vehiculo impositę iter agerent: talib; religiosa et pudica mater ad filias vt̄ p̄bis. Scitis dulcissime mihi filie: quō vos in disciplina dei educauerim. scitis q; a paruulis deus vobis pater: deo nutritor: deus institutor: extiterit et q; pudicitie et castitatis bonum ita mecum pariter dilexistis: vt nec oculus quidem vester vnq; sicur vobis conscia sum: lasciuo fuerit maculatus aspectu. Quid igitur nunc agimus? Videtis q; ista omnis vis aut a

deo nos studet: aut a pudicitia separare. Prostituent ergo publicis lupanaribus mēbra: que per pene ipse publicus habuit incognita. Ne queso filie: quia nec tā p̄ua nobis in deo fides est vt mortē p̄timeascamus: nec tam despecta pudicitia vt vere etiā cū turpitudine cupiamus. Quin potius si placet quod in omnib; tenetis. etiam in hoc sequimini matris exemplū. Preuentamus impuras carnificum manus: et impudicoꝝ p̄ripiamus incursum: mūdūq; hunc qui nos ad impuram et impudicam compellit ac p̄trahit vitam: pura et pudica morte damnemus. Cuiq; talibus exhortationib; filias ad simile p̄positū videret accensas: ad fluitū quendam in itinere postūz venerūt. Vbi cū se hūane necessitatis causa descendisse simulasset: et paululū custodes cogente naturalī reuerentia se cessissent: adductis et aligētius hincinde vestib; minacis se fluitū rapidis intecerūt fluentis. Sed et alie due virgines p̄ omīa insignes sorores: genere nobiles: vīta mirabiles: p̄me adhuc certis: specie pulchre satis: sed aīa pulchrior res: ornate morib; magis q; monilib;: studijs apprime p̄bables: nō ferentes violari publicis edictis ac legib; castitatē: marinis se fluctib; demersere.

De his que in Frigia apud pontū gesta sunt: alijs quoq; diuersis viroz ac mulierum passionibus.

Caplm. XXII.
Hec apud antiochiā. In regionibus vero ponti crudeliora gerebant. harundines acute quibusdam sub vnguibus digitor; infigebant alijs plumbū igni liquefactum ex dorso defusum vsq; ad loca pudenda quib; naturalis egestio p̄curari solet infundebat. Femis quoq; eret candentis fustes absq; villo hūanitatē miseratiōisq; respectu in gerebant p̄ pudenda vsq;: et naturaliz secreta membroꝝ. Sed quid factam: quā appellatiōes ipse mihi in admīssis facinorib; defunt: et gestoz scelez nec vocabula qb; enūerari qant iuentri p̄nt. Sustinebāt tū omīa fortissimū et pijsimū martyres: cū optimi et p̄clarī iudices in eo solo sapiam suā omīb; futurā in admiratiōe censerēt:

si aliquod noue crudelitatis supplicium: no-
uicq; generis inuenissent. **S**ed cū aliqui tā
nō rōne aut hūanitate: crudelitatis tñ in-
miserate factati: respicere ad imānitatē sce-
leris sui cepissent: desolatas vrbes ciuib;
q; optimis: rura nudata cultorib; orba-
tos filijs patres: et parētes liberis: ad cle-
mentiam se humanitatēq; auertit: edictū
q; pncipale pponit: qm̄ fas nō esset tot ci-
ues in quib; fidelis sue esset obstinata psua-
sio morti tradere: placere de reliquo vt b;
genus hoīm nequaq; subiret iteritū. **O**m-
nes tñ qui hanc speciem p̄fessionis tene-
rent: dextris oculis ferro effossis: eisdēq;
cauterio adustis: sinist̄o autē poplite ni-
hilomin⁹ cauterio debilitato: p̄ singulas
quasq; puincias in crīs ferricq; metalla:
vel operis vel pene gratia deportandos.
Hec fuit clementia pncipalis qua opti-
mis ciuib; consultum est. **S**ed illi quidē
suis vt videbat vel moribus vel vicijs
agebant: iustis vero et sanctis vrbis coro-
ne virtutis et patientie parabant a dño et
saluatore nostro: p̄ hoc vel explorante fi-
dem credentium sibi: vel merita remune-
rante. **S**ed sicut om̄s p̄ singulos enūera-
re nō solū difficile: sed et impossibile est q̄
tunc in passionib; carnis sue deo gl̄iam
dederunt: ita om̄s penitus om̄ittere et ne
paucoꝝ quidē noiātū facere mentiones
satis videt̄ ingratiū. **P**aucos vero mēora-
bimus: et maxime ecclesiar; pncipes p̄ lo-
ca sua singulos martyrij gl̄ia coronatos.

De prepositis ecclesiarum.
Capitulum XIII.

Primus nobis in mēorij; p̄ioꝝ
fulgens in regno christi martyr
scribat̄ **Anthimus** **Nicomēdie**
ep̄s: capite cesus. post hūc vīta et studijs
semp̄ martyr **Lucianus** p̄sbyter antioche-
nus: sed tunc apud nicomēdiā christi res-
gnū rebus gestisq; p̄dicans. **A**pud thirū
p̄o nobilissim⁹ in martyrib;: et a p̄ma et a-
te in christi institutionib; enutritus: tyrā-
nio eiusdē vrbis ep̄s **Zenobius**. **A**ssido-
na p̄sbyter. et **Siluanus** emessanoꝝ eccle-
sie ep̄s: qui in sua ciuitate bestiar; mor-
bus absumptus martyr sociatus est cho-
ris. **I**n palestina p̄o p̄mus **Siluan⁹** ep̄s
apud gazam: cū plerisq; clericor; in metal-

lo aut fanensi q̄draginta simul capite cesi
Deleus vero et **Filius** ep̄i cum plurimis
clericis igne consumpti. **I**n eor; numero
habebat etiaz cesariensis ecclesie flos no-
bilissimus: et fructus doni celestis **Pam-
philus**. **A**pud alexandriā vero et p̄ oēm
egyptū vel p̄ oēm **Thebaidā** p̄m⁹ velut
lucifer q̄dam inter astra p̄surgēs **Petrus**
eiusdē vrbis ep̄s: doctrina: morib;:
et vita p̄cipuus: et cū eo p̄sbyter **Fauslus**
et **Dius** et **Ammonitus**: nec merito. nec in-
stitutionib;: nec martyrio dispares: **Sile-
as** quoq; et **Elychius**: et **Pachomius**: ac
Theodius ep̄i ex vrbib; **Egypti**: ceteriq;
cū ip̄is innūerabiles nobilissima ptulere
martyria. **Q**uor; p̄ singula agones descri-
bere ne nos opus noītz iusto longius d̄-
latemus: suis ciuib; qui et ad dicendū p̄-
be pollent: et p̄sentes qui tūc aderant de-
relinquo.

De moribus persecutor;
Capitulum XV.

Iterea p̄turbari statum nostr; et
crudeli vrb; animaduersione
ne vastari: eternū p̄uigilēq; illū
nō latuit oculum. **E**t qm̄ diis quide; tra-
diderat familiam suam castigari paucis
cruenti vero imānitatis ministri desente-
runt in multis. **A**d est continuo vlt̄ix dei
dextera: et illos qui p̄mo dum pacem ser-
uarent ecclesie: cum omni p̄speritate im-
perium gubernauerāt: in tantam rerum p̄-
mutationem deducit: vt augustus ipse in
id vanitatis atq; amentie perueniret quo
depositis cum collega pariter augusto re-
gni insignibus p̄uati et plebe post impe-
rium viuerent. **I**lle vero qui ei secundus
in honore: postmodum etiam in primis
successor fuit: qui et incensor ac signifer
nostre persecutionis extiterat tam multis
varijsq; morib; et corporis t̄be: atq; in-
sanā mentis afficeretur. vt post longos
atq; inext̄ricabiles languores scelerū suo-
rum furijs agitatus: iponte vitam nefari-
am proderet.

De his que extrinsecus acciderunt.

Capitulum XVI.
Sed et postmodū: tūc vero in oc-
ciduis partib; quod **Maxim-**
anus qui et **herculius** deposue-

Ecclesiastice historie

76

rat **C**ōstantius regebat imperiū. In duos
as nāq; pcuratiōes romanū regnum fue
rat diuīsum. Sed is multa clementia er
ga homines, erga deū vero religione ma
xīma utebatur. Neq; vero ex consortij ra
bie regnum suū plōz sanguine maculaue
rat: neq; orationū domos et conuenticu
la nostror; nec imitatus **Maximiani** ve
santā hostili vastatione destruxerat: quin
potius cultores dei venerationi habuit et
honori. Unde et merito religiosus pater
religiosiorē filium **Cōstantinū** regni be
ne parti reliquit heredem. At vero **Con
stantin** post **Cōstantiū** statim vt romani
regni apicem ex paterna hereditate susce
pit: intra quadā dei gratia ciuili charis
exercitū acceptus: viris fortibus imitan
dus: facinorosus sō et ignauis terribilis
fuit. In obseruantia quoq; religionis lō
ge etiam patrem vincere studuit. **Constā
tino** imperante **Licinius** qui eius germa
nā acceperat vxorē affinitatis causa assu
mitur in imperiū. Sed et **Licinius** comu
ni oīm sententia accitus in imperiū: augu
stus pnūciat. Que res **Maximiniū** vehe
menter offenderat: q̄ is tunc adhuc solū
modo cesar in orientis partibus habeba
tur: neq; id vltra ferens vī raptus sibi met
augusti nomē assumpsit. **Maximianus** ve
ro q̄ et **herculus**: quem paulo ante colle
gam fuisse **Diolectiani** et cum eo imperij
insignia deposuisse memorauimus: cuius a
filio **Maxentio** in vrbe roma tyrannidē
tenente fuisset expulsus: ad **Constantinū**
tanq̄ ad generū miseratiōis causa con
fugiens: et insidias ipsi a quo religiose sus
ceptus fuerat molit. In quibus turpiter
dephensus turpius perijt: ita vt post inte
ritum statue eius atq; imagines auferren
tur: et in edibus publicis vocabula eius
noīs mutarent. Huius igitur filius **Ma
xentius** q̄ in vrbe roma tyrannidem cepe
rat: primo velut inuitanda erga se plebis
gratia: fidelē nostre veneratorē se esse simu
labat. et ob hoc psecutiones repmī. oēs q̄
iniurias a christianis arceri iubet. Sed
nihil in reliquis actibus suis: nihil in vi
ta vel moribus quod christianis pximū
videre ostendit. In tanta etenim flagicioz
et sceleruz fece: in tanto impuritatis sceno

versabat vt nihil prius facinorū pessimo
rum ab eius nō dicam vīta: sed vnus sal
tem diei actibus esset alienū. Deniq; sena
toz et maxime nobilium matronas publi
ce abstrahi: atq; ad suam libidinē deduct
imperabat: et post cōtaminationem viris
suis reddi iubebat: nō tam expleta adul
terij libidine q̄ mutata. **Tantus** vero me
tus patres plebēq; oppresserat vt ne hoc
ipm quidem qd̄ metuerant palam osten
dere auderent: sed ferebant insuetam serui
tutem gementes: et aliquid p̄ liberate cog
itare metu phibebantur. cum ille nō s̄
ira sed libidine cedīs agitaret. Deniq; q̄
dam die imperat militibus suis exire per
plateas totius vr̄bis: vt omēs qui occur
rissent cuiuscūq; etatis et cuiuscūq; sexus
gladijs cederent. Innumereq; multitudi
nes populi romani nō hostium sed ciuili
telis deiecte sunt. Senatores vero et hī
maxime qui vel honoribus vel opibus
clariores in curia videbantur: cōfictis cri
minibus tanq̄ rei puniti p̄scriptiq; sunt.
Addit sō etiā hoc fastigij scelerib; suis:
et artis magice industriam sumis studijs
excolit. ad que ministeria explenda perq̄
rebant mulieres nobiles grauide et adhi
bite funestis artis medie scindebant. Ra
plebant et puuli infantes: eorūq; extra vr̄
scerbis reuulsa p̄scrutabant. Jugulabā
tur et leones: et nefandis quibusdam cō
mentis ac p̄cantationibus demoniaca ar
te compositis: bella dicebant per bec ars
ceri et credebant vis fasq; regni p̄ nefas pos
se seruari. His vero malis omnib; etiam
illud additur: q̄ omēs qui per ceteras vr̄
bes vel agros fuerant tyrannica crudeli
tate deterriti dū nihil sibi ad vitam tutuz
putant: relictis p̄ loca abdita et latebras
eunt. Omī studio arandi ferendiq; cessan
te tanta fames vr̄bem atq; omnia loca in
uaserat: vt nihil reliqui ad vite subsiduz
fieret.

**De persecutionibus Maximiniū
peratoris.**

Capitulum XVII.

In orientis vero atq; egypti p̄
bus **Maximinius** simili p̄ om
nia crudelitate et vesania tyran
nidem gerebat: ita vt alter alterū vt pote

in tyrannide socius etiam in sceleribus videtur imitari: et nescires cui potissimum dare flagitiorum palmam deberes, eo sane. **D**aminus pro socium sceleris videret: quod etiam publicos honores et maximos magistris magorum et malorum artium doctoribus decernebat. **S**imulachrorum quoque cultui satis superstitiose deditus erat: ita ut ne ad puum quidem motum sine auguriis et divinationibus ac symbolis acquiesceret. **U**nde et vehementior aduersum nos et grauior peribus persecutor fuit. **C**etera quoque delubra et olim etiam a studiosis cultoribus derelicta renouari omnia iubet, sacerdotibusque his et pontificibus per singulas prouincias nobiles quosque et alijs iam honoribus functos: ministris militarium et salarijs additis decernit. **N**ec mirum: qui et manifestos maleficos: vel rectores prouinciarum: vel duces militum promoueret. **S**ed ad hoc huic semper diuinitatis ministerium quod plurime copie auri argentique querebant. **E**x quo accidit ut omnes ubique prouincie diuersis modis et occasionebus nudarentur: grauando census: tributa multiplicando: locupletiores quosque exquisitis aut etiam confectis iniurijs et demerendo, alios vero etiam proscribendo omnes pariter bonis paternis autisque familiaribus euoluebat. **U**n auri motes ut ita dixerim congregatos: familiaribus suis ac satellitibus largiebatur. **I**n conuiujs vero tam profusus erat: tamque temulentus ut insanus mente captus et vini furore putaretur: et ea ebrius fieri iuberet: que die postera se iussisse nesciret. **P**elitijs luxu: atque omni dissolutiorum genere stultas turpissima suis militibus prebebat exempla. **D**entibus quoque quid lasciuie: quicquid petulanter: quicquid luxuriose gestum a rectoribus vel militum vel prouinciarum fuisset: inultum cedebat ob imperatoris exemplum. **C**ui inter cetera etiam hoc singulare studium erat ne ullam non dico urbem: sed vel breue oppidum absque adulterio nobilium matronarum que per loca fuissent reperte: vel corruptione virginum preteriret. **T**alis hic tantusque vir qui pudicitie: honestatis: iusticie: ac totius equitatis hostis publicus erat: quid nisi etiam christiano: non hostis et persecutor: existeret. **A**duersum quos tantum crudelitatis exercuit: ut pre-

cessores suos vincere festinaret in scelere. **I**gneas laminas: truces bestias: maris profundum: obtruncationes membrorum: effusiones oculorum: et singulis membris spectacula inferre supplicia gestiebat: cum in magnis illi prestantes et fortes inuenirent in tolerando: quod iste ingentis et callidus in expectando. **U**incebat etiam sepius non solum a viris: sed etiam a feminis: quod verbo dei et fidei calore succense: ut femine quidem comprehendebatur: sed ut viri fortes in certamine coronabantur: morte quippe promptius subire: imo vero et ultro expectere: quod corporis maculam recipere malebant. **U**erum cum duobus grauissimis dominis libidine et crudelitate preceps ageretur: fuit apud alexandriam **D**orothea quidam satis nobilis oratorum familia ingentibus diuitijs et proinde nobilibus pollens. **S**ed in ea ingenij atque industrie bonum: certarumque honestarum artium studia magis quam hec vigeant. **F**orme vero et decoris gloria tanta ei fuit: ut mirum ac spectabile in ea dei figmentum crederet. **S**ed illa que religione animi et honestate vite pulchrior quam vultu corporis esse studeret: eadem summo mentis iudicio (quod pulchrum et decorum inter homines videbatur) id potius deo consecrare quam vni humano studuit indulgere: et pro deo sacrata persistere. **A**t ille qui diuina atque humana: libidine simul et crudelitate sedauerat: cognito solius forme non etiam ingenij ac propositi bono ad contuminandam virginem ac polluentem castitatem animi intendit. **C**ompto vero quod christiana esset que secundum sua edicta pene magis quam libidini subiicienda videret: iam biguo positus estuare cepit: et in quam se potestem verteret ignorare. **S**ed ubi dubios animos libido que ei latius dominam habet obtinuit: et expectantem virginem pro martyrio ad supplicium rapi pro occultos nuncios de stupro interpellauit: **I**llaque nefas sibi esse respondit: templum corporis sui quod semel deo consecrauerat: idolorum cultu aut libidinis contagione pollueri: proinde se quidem ad mortem paratam esse: a crudeli vero tyranno non decere blandum aliquid aut molle proferri: nec esse dignum resoluam erga se truces animos: quos quotidie vindictam christiano rum profusus cruor: duraret. **A**d que responsa cum

Ecclesiastice historie

Alle libidine accensus acris incalesceret: et nisi verbis acq̄uisset vi agere decerneret. **¶** Om̄ib; virgo pudicissima facultatib; suis domoq; ac familia derelicta: noctu clam cū paucis fidissimis famulis: et cūz amicissima sibi comite castitate discedit: atq; illūsum tyrannū vanū amentēq; dereliquit. **¶** Sed et alias plurimas nobiles mulieres simul ac virgines exemplo illi? adortus: sed et exemplo nihilominus illi? paratior ad mortem q̄ ad seruitutem libidinis nactus: crudelibus supplicijs affici iubet. **¶** Que multo p̄mptius et letius q̄ ceteri omnes mortem subibant: eo q̄ duplices sibi coronas a dño p̄parandas nō solum p̄ pietate: verū etiam p̄ castitate credebant. **¶** Sed in his relationib; positus silere equū nō puto: etiam nobilissime femine in vrberoma mirabile factum **¶** So fronte: cuius vir p̄fectus vr̄bis rome sub **¶** Maxentio tyrāno degebat. **¶** Qui cum de sup̄dicte femine pulchritudine cognouisset (et vt ei mos erat) missis stuproz mīstr̄s deduci ad se feminā iubet. **¶** Illa rē ad maritū detulit. **¶** Qui cū compisset multa secū voluens: ad vltimū altius ingemiscens: et quid inquit faciemus: quibus aut hec toleranda sunt: aut anima ponenda? **¶** Cū illa vt martūm vidit metu mortis perterritū pdidisse pudiciam suam: paululus ait his qui missi fuerant expectate docet composita (vt decet) et adornata pcedam. **¶** Dehinc ingressa cubiculum cū prius desixis genib; orasset tanq̄ pudiciam suā deo imolatura: pect̄ ac viscera correpto mucrone transfuerat: extremos h̄mōl nuncios ad tyrannū p̄ assistentes famulas mittens: tales ait magis placeāt christiane femine tyranno. **¶** Hoc modo in oriente simul atq; occidente: velut vno demonis sp̄ritu armati et parib; eisdēq; vicijs accensi deseuiebant tyranni: cū tamen per hec christianoz virtus animi et cōstantia fidei p̄batio: et magnificentior redderet.

¶ De his que in melius conuersa sunt.

¶ Caplm. XVIII.

¶ Ed cū per decem cōtinuos annos in orientis ptib; simul etiā **¶** Maximini p̄ncipis erga christianos fuisset crassata crudelitas et innū-

ra hoīm mīlia deū verum colentium uect dedisset: cūq; vires crudelitatis ac libidinis sue indelēnter suggereret temulētia et neq; p̄silium: neq; satietas finem vllum aut modū imponeret: adest cultorib; suis diuina p̄udentia: et quos p̄ ignem p̄baturat: educit rursus ad refrigeriū. **¶** Ipsum nāq; auctorem sceleris vltio diuina corripuit. **¶** Et ille qui letis ac saginatis carnib; incedebat sup̄bus: inflatis subito visceribus soporatisq; distendit. **¶** In p̄fundioribus dehinc pectoris partib; obortū vultus totos intrinsecus viscerū secessus tabo sicut serpente depascit. **¶** Post etiam fistulis quibusdā in sup̄ficiem prurulentis meatib; adapertis de interioribus putrefacti vultus ventis ebullire vndatim cepit innūera vermū multitudo. **¶** Fetor vō tam intolerabilis erat: vt nullus omnino ne medicoz quidem p̄pius posset accedere: q̄ carnis satis lete: et in om̄i luxuria nutrita: grauiorem ex corruptione n̄dore putredinis exalabant. **¶** Deniq; plerosq; medicoz q̄ nec morbo aliquid mederi: nec vim fetoris tolerare possent: interficere iubet. **¶** In quib; cum quidam iugulandus potius q̄ medicaturus assisteret: inspiratus a deo: cur inquit impator: erras: et qd̄ deus infert ab hominib; putas posse reuocari. **¶** Nec humanus est iste morbo: nec a medicis curatur. **¶** Sed recordare quanta in seruos dei egeris: q̄q; in religionem diuinā impius et p̄fanus extiteris: et intelges vnde tibi sint p̄scenda remedia. **¶** Nā et ego quidem mori cū ceteris poterō: tu tñ a medicis nō curaberis.

¶ De his q̄ rursus in idipm versa sunt. **¶** Caplm. XIX.

¶ Tunc p̄mū se **¶** Maximin? hoies esse intellexit: et scelerū suoz immitatem recordatus: p̄mō oim errasse se et impie egisse p̄fiter: et velut satis facere incipit deo. **¶** Cū deinde cōuocatis his q̄ in officio publico sibi parebant: legem scribi et p̄festim emitti iubet: qua nō solū christianis desinat p̄secutio et arceat ois iniuria: verū et reedificari eoz p̄mitterent ecclie: vt solis cultib; et obsecratōib; vacantes etiā p̄ ipsius salute excelsi supplicent deo. **¶** Quib; dicto citius p̄curans

continuo p singulas quasq; vrbes edicta mittunt: continentia hunc modum. Imperator cesar galerius Maximinus inuictus augustus: pötifer Maximus germanicus. Egyptiacus thebaicus. sarmaticus. quinquies persicus. bis carpiacus. series armenicus. medoz. 7 adiabecoz victor. tribunicie potestatis vicies. imperator decenonies. consul octies. pater patrie pconsule. 7 impator cesar Flavius. Valerius. Constantius. Pius. Felix. inuictus augustus. pötifer Maximus. tribunicie potestatis imperator quinquies consul. pater patrie pconsule. Inter cetera que p utilitate reipublice disponimus nos quidē pmo volueramus sin antiqs leges 7 publicam romane obseruantie disciplinam cuncta moderari: interq; etiam hoc addere: vt christiani qui paternaz religionē relinquerant: ad eam rursus reuerterent. Verum qm iudicio quodam animi sui tanta eos obstinatio rei huius habuit: vt nullo modo redire vellent ad ritū religionis antique que a maioribus fuerat instituta: sed eo magis p voluntate sua vnusquisq; legem sibi ipse constituit: 7 in locis diuersis plebs diuersa occurrit. Cuiq; p his a nobis ppositū fuisset edictuz vt ad prias leges rediret 7 antiq; pstitutas plurimi eoz periculis se potius subijcere mortefq; innumerabiles tolerare q; obedire pceptis talib; maluerūt. Et qm multos adhuc in eodem animi iudicio durare peruidimus: ita vt nec dijs celestibus honorem debitum redderent: nec sue religioni satisfacere viderentur: respicientes ad solitam mansuetudinem clementie nostre: qua consueuimus omnibus hominibus dare ventam: libenter etiam erga hos indulgentiam nostram credidimus porrigendam: vt rursus sint christiani: 7 puenticula in quibus orare consueuerūt extruant: 7 reedificent: ita tamen vt nihil ptra disciplinam publicam gerant. Alijs vero epistolis iudicib; indicauimus: qd eos oporteat obseruare. Unde concessa hac nra indulgentia exorare debent deū suum p salute nostra: 7 p reipublice statu vt omimodo incolumi degente republica: etiam ipsi securi agere in ppris labori-

bus possint. Hec de latino in grecum versa: nos rursus transfudimus in latinum. Sed post hec quid consecutum sit videamus.

Explicit liber Octauus.

Incipit liber Nonus historie ecclesiastice cū caploz annotatione.

De simulata indulgentia.
Caplm. I.

Miscemo di edictis imperialibus p omnē locum asie pontiq; ppositis: velut ex ingentibus tenebris subito lumē refulsit. Sed Maximinus qui in orientis partib; cesar tyrannidē potiusq; locū tenebat: tanq; crudelitatis sue materiā sibi subtrahi nō ferens: cū ei displiceret edictum: nec tamen auderet obistere: pponē publice legem 7 omnib; in noticiam venire nō patitur: verbo tamen iudicib; pcepit inducias christianis iterim dare. Sz Sabinius qui p illud tēpus pfecture culmen regebat oim puinciarū iudicib; scribens: 7 platam impatoris inferens lege: manifestū efficit cunctis id qd Maximianus obscurare tēptauerat. Iudices vero p singulas ciuitates edicta mittentes: legēq; pferentes: relaxari cunctos qui tenebant in carcere: quiq; in metallis: aut qui builibet vinculis asseruabant omnes abscedere liberos iubēt. Quibus ita gestis velut post nimiam tempestatem si solis splēdo: celo redditus fuisset: ac terris duces populi nostri per singulas quasq; vrbes frequentare conuentus: ecclesias instaurare: concilia agere: sacerdotia reparare: singulas quasq; ecclesias si cui quid deesse videbatur instruere. Que cum ita gererentur stupor ingens habebat infideles gentilium: de tanta: tamq; subita conuersione rerum: ita vt in ammiratione ipsa fateri cogereēt magnum 7 solum verum deum esse: quē christiani colunt. Hostroz so si q in agonib; fideliter 7 viriliter pduerāt: cū omī fiducia 7 leticia agebant.

Ecclesiastice historie

Si quis pro languidius et ignauis egerant: cum omni humilitate et supplicatione medicinam poscere: ab his qui incolumes persisterant perperabant, et per eos respiciantur sibi omnipotentem deum supplicabant. Jam vero illi qui de metallis fuerant relaxati: venientes per vrbes singulas magnanimiti sublimesq; incedebant: et ineffabilem leticiam atq; exultationem dei ecclesijs exhibebant: toto itinere per plateas quoq; ciuitatum et vicos cum psalmis et hymnis digredientes: ita vt stuperent et magnificarent deum hi qui eos paulo ante vincitos et cathenatos trahi in metalla viderant: letos vero nunc atq; exultantes cernebant ad propria remeare. Ex quo etiam ipsi qui prius infesti nobis videbantur et aduersi: nunc subite conuersionis miraculo congratulabantur nobis, et communem sibi ducebant leticiam nostram. Verum cum hec ita in agris et vicis et vribus agerentur: et pro reddita sibi pace christianorum populi modesta exultatione gauderent: totius boni inimicus tyrannus ferre non potuit: quin insita sibi nequitie rabie gaudia ista subrueret.

De posteriori peruersione.

Capitulum II.

Item Maximinus quem in orientis atq; egypti partibus tyrannidem tenere supra diximus sex non amplius menses passus est nostros in pace persistere, et prius quicquid ad ob turbendam eam nancisci potuit molitur. Igitur primo prohibere nostros per occasiones quasdam temptat ad basilica cimiteria conuenire. Tunc deinde nequissimos quosdam antiochene vrbis viros instigat legationem mittere aduersus nos: de poscentes ne in propria patria degere liceat christianis. Cuius legationis instigum fecit per Theotenum quendam curatorem antiochene vrbis: prauum ingenij hominem pessimiq; propositi. Sed et alios per singulas ciuitates similiter determinos ciues ad simile facinus impellit: et ex omnibus puincis huiuscemodi legationem dirigi componit. Multaq; et alia aduersus nos specialiter quodam odio et obstinata contentione machinatur: donec omnimodo mala que

sam quiescerant renouaret. Mala mens malusq; animus velut sitim quandam et fame se pati putabat nisi lanari carnes ciuium: et sanguinem eorum profundum videret.

De simulachro quod nuper apud antiochiam fuerat consecratum.

Capitulum III.

Item Atreia reperisse se occasiones maximam ratus: ex eo quod apud antiochiam simulachrum quoddam Iouis a miraculis nuper consecratum: artibus quibusdam magicis et impuris consecrationibus ita compositum est vt falleret oculos intuentium: et portenta quedam ostentare videretur: ac responsa proferre. Idem omnibus et ipsis imperatoribus per certo confirmatur quod posteaq; ab vniuersis creditus est: asseueratur item deus ille de disse responsa: ne christiani in vribus habitarent: neq; in vrbus locis vicinis: sed quanto fieri potest longius fugerentur. Dubus cognitis: omnes qui vrbes erant sub Tyranni regno per vrbes ac puincias singulas: scientes gratum hoc esse apud eum: similem de christiantis sententiam ferunt. Et missis ad eum legatis: ea de imperatore impetrant qui vt peteret ab ipso fuerant inuitati.

De sententijs que aduersum nos late sunt.

Capitulum III.

Item vero rursus aduersus nos persecutionis rabies instaurat et Maximinus interim summa instantia per vrbes singulas et puincias sacerdotes simulachrorum ac pontifices statuit: multisq; eos honoribus et muneribus proficit: et omnia prorsus diligenter agit quatenus cunctos beneficijs suis prouentat: vt per hec promptiores eos efficeret in odia et necesse christianorum. Idem eo magis obtinebat: quo gratiorem sibi duceret cum que erga nostros sentiore nequiorq; sensisset.

De actis falsis.

Capitulum V.

Item quis ei agere cuncta ex sententia liceret: quippe qui iam sibi etiam augusti inconcessam prorsus sumperat dignitatem: videri tamen vult quod aliquibus iustis hec rationibus agat

Cōfingunt acta quedā velut apud Pila-
tū de saluatore nostro habita in quibz ad
uersum christū om̄is blasphem̄ia p̄scribi
tur. Que acta p̄ om̄es regnū sui puincias
per lato edicto mitti p̄cipit: et p̄ vrbes sin-
gulas: p̄ vicos: p̄ agros: p̄ p̄p̄toribz
etiā q̄z p̄ueroz tradi iubet: vti p̄ his q̄ ad
meditandū vel ad ediscendū dictare solēt
hec tradant pueris memorie cōmendandā
da. Cū v̄o hec ita p̄ oēm locū diligenti ne
quida gereret: dux Damasci cognita im-
peratoris sui erga christianos libidine: ei
placere in talibus studens indignissimas
q̄sdam mulierculas detritio publicanas
conquisitas: sibi sibi facit et agitari in his
plimā questionē: p̄ quā cogeret eas actis
p̄fiteri: fuisse se q̄ndam christianas: et scilicet
re q̄ inter ip̄a mysteria eoz spurca quedā
et impura cōmitteret. aliāq̄z h̄mōi flagicia
que nec audire q̄dem bonus quisq̄z pate-
retur: mulierculas actis p̄sequi facit: eaq̄z
scripta ad impatorē refert. At ille p̄poni ea
nihilominus p̄ singulas quasq̄z vrbes ac
puincias iubet: q̄uis dux ille nō i longū
tali fraude gauisus sit. Breui nāq̄z q̄dam
insania desperationis succensus in exitū
vite sue p̄rias sibi intulit manus.

De his qui eo tpe martyres extiterūt.

Capitulum VI.

Nostroz vero rursū fuga: rur-
sum persecutio: et supplicia reno-
uant: iudices puinciarū tanq̄z
grati aliquid ex hoc impatorē exhibētes
in nostros atrocius descuire. Igit̄ apud
Tyrū phenicis vrbem tres q̄dē iuuenes
corepti: cum se christianos esse p̄fiterent̄
bestijs subigunt. euz quibz et Siluanus
ep̄us quadraginta annis functus sacer-
dotio: vir mansuetudine animi: et ipsa iā
cum senectute venerabilis. Per idem tē-
pus etiam petrus de q̄ supra mēorauim̄?
Alexandrine vrbis ep̄us: p̄ oīa insignis:
et om̄ibz virtutibz adornatus: in scriptur̄z
p̄o diuinis et in verbo dei p̄oz nullius in-
ferior prudentia q̄z singularis: et in om̄ibz
p̄fectus: vere et sacerdos et hostia dei sub-
ito rapit̄: et tanq̄z ex Maximini p̄cepto ca-
pite obtruncat. Cum quo simul et alij plu-
res ex Egypto ep̄i trucidant̄. Lucianus
quoq̄z vir moribz p̄tinentia et eruditione

p̄cipuus. Antiochenus p̄sbyter cū ad tri-
bunal iudicis fuisset adductus: cur inquit
ad eū p̄ses vir rationabilis et prudens se-
queris sectā: cuius nō potes reddere rō-
nem? Aut si est aliqua audiamus. Tum
ille data sibi facultate dicendi huiuscemo-
di oronem de fide nostra habuisse dicat̄.
In occulto nō est q̄ nos christianī quem
colimus deus vnus est p̄ christū nobis
annūciatus: et p̄ sp̄m̄ sanctū nostris cordi-
bus inspiratus. Non em̄ sicut vos puta-
tis hūane alicuius p̄suasionis errore con-
stringimur: nec indiscussa vt alij parentū
traditione decipimur. Auctor nobis de
deo deus est. Neq̄z em̄ posset sublimis il-
la maiestas sensibz humane mētis illabi:
nisi vel sp̄s sui virtute delata: vel verbi
ac sapientie sue interpretationibz indicata.
Fateor errauimus etiā nos aliquē: et simu-
lacha que ipsi finximus deos celi ac ter-
re putabamus auctores: s̄z arguebat eos
fragilis substantie sue a nobis p̄stita p̄se-
cratio. In quibz tantū veneratiōis inerat
q̄ntū decoris manus p̄tulisset artificum.
Verū omnipotens deus ille quē nō nris
manibz fictuz: sed cuius nos decebat esse
figmentū errores miseratus humanos sa-
pientia suam misit in hunc mundū carne
vestitā: que nos doceret deū q̄ celū fecis-
set et terram: nō in manufactis: sed in eter-
nis atq̄z inuisibilibz requirendum. Vi-
te etiam nobis legis et disciplina p̄cepta
p̄stituit. seruare p̄symonia: paupertate gau-
dere: mansuetudine colere. studere pati. pu-
ritatem cordis amplecti: patientiā custo-
dire. Sed et om̄ia hec q̄ nunc aduersum
nos geritis ventura nobis esse p̄dixit.
educendos nos ad reges et ante tribuna-
lia iudicum statuendos ac velut victimā
iugulandos. Inde est deniq̄z q̄ et ipse q̄
erat immortalis vtpote verbum et sapia dei
morti se p̄buit quo nobis in corpe posit̄
patientie p̄beret exemplū. Sed nec nos
sua morte decepit: quibz post tertū diem
resurrexit: nō vt ista q̄ nunc falso p̄scribūt̄
p̄tinet acta Pilati: sed innocens imacula-
tus et purus ad hoc solū mortem suscepit
vt eā vinceret resurgendo. Que autē dico
nō sunt in obscuro loco gesta: nec testibz
indigent. Pars penec̄ia mūdi maior huic

Ecclesiastice historie

veritati ad stipulā vrbes integre, aut si in his aliquod suspectū videt: testat d̄ his etiā agrestis manus ignara figmentī. **S**i minus adhuc credit: adhibebo vobis etiā loci ipsius in q̄ res gesta est testimoniū. **A**d stipulā his ipsis i hierosolymis loc⁹ z golphathana rupes sub pambuli onere d̄rupta. **A**ntrū q̄ illud qd̄ auulsis inferni ianuis corp⁹ denuo reddidit animatū: quo purius inde ferret ad celum. **A**ut si adhuc vobis minus digna vident hec q̄ in terris substantiā gerūt: accipite etiā e celo ad stipulatore fidelē. **S**olē vobis sp̄m hoz p̄duco testē. **Q**uā cū hec fieri per impios videret in terris: lumen suū merd̄ die abscondit in celo. **R**equirite in annalib⁹ vrbis inuenietis t̄pib⁹ pilati christo patiente fugato sole interruptū tenebris die. **Q**uā si terre: si celo: si sanguini eoz a quib⁹ veritate p̄ tormenta p̄quiritis fidē nō ac commodatis: quō meis verbis allegationi busq̄ creditis. **E**t cū penē iam his verbis auditorib⁹ suadere cepisset arripī iubetur in carcerē: ibiq̄ quasi absq̄ tumultu populi necari.

De his q̄ aduersum nos tabulis creis conscripta sunt. **C**aplm. VII.

Ed z p̄ alia nihilominus loca tanta in breui crudelissimus tyrannus aduersus nos excitauit vt longe sentiora porib⁹ z diriora patrarētur. **Q**uā cū aduersum nos legationes p̄ uinciaz vel vrbium: qm̄ tot z tanta impia edicta venerant: ita vt etiā creis tabul̄ incidi leges q̄ aduersum nos date fuerāt inhererent: qm̄ pueris scholaris meditatio de pilato z de iesu haberi cōtumelle nosstre gratia iussa ē: z p̄uitijs referta ac blasphemijs per totū diē decantari. **I**n his p̄o legib⁹ quas aduersum nos ere incisas singlis q̄busq̄ ciuitatib⁹ p̄posuerat velut in eternū mansuras: lactanter satis z superbe descripserat: q̄ ex quo christiani sedib⁹ suis vrbibusq̄ pellunt: z aeris esset leta tēperies: z terre fecunditas abundantior ac segetū copia vberior: z ideo satis recte p̄suli ad deoz immortalū grām: q̄b⁹ nulle ita acceptabiles vltime litarent q̄ vt inuisi his hoīm genus ex omnib⁹ locis in q̄b⁹ eoz maiestas colit̄ pelleret. **A**ddit q̄z etiā

am illud vt qm̄ tā plā: tāq̄ religiosam petitionē hanc ab impatore poposcissent q̄c qd̄ illud est (q̄uis difficile videat) qd̄ suis comodis estimēt p̄futurū: p̄ hac grā nihil sit qd̄ impetrare nō possent: n̄ vt h̄ diligētius obseruent: ne christians quas literatūq̄ vrbū cedat ingressus.

De his q̄ postmodū acciderūt bellis: pestib⁹: fame: z de morte tyrānoz.

Caplm. VIII.

Quartus occidentaliū saxonuz antistes **E**leutherius fuit: siquidem primus **B**irinus: secundus **A**gilbrechtus: tertius extitit **U**ini. Cūq; mortuus esset **C**omulach quo regnante idem **E**leutherius ep̄us factus est: accepit subreguli regnū gentis: et diuisum inter se tenuerūt annis circiter x. ipsiq; regnantib; defunctus est ille et ep̄atus functus **H**aeddi p̄ eo p̄secrat a **T**heodoro in ciuitate lōdonia: cui ep̄at̄ tpe deuict; atq; amot; subregulis cedualla suscepit iperū. **E**t cum duob; annis hoc tenuisset tādē superni regni amore cōpunctus reliquit: eodem adhuc p̄sule ecclesiam gubernante: ac romam absens sibi uitam finiuit ut in sequentib; latius dicendū est. **A**nno dñice incarnationis, dc. lxxvj. cū **E**dilred rex mercioz adducto maligno exercitu cantuā vastaret: et ecclesias ac monasteria sine respectu p̄secratis vel diuisi timoris sedaret. **C**iuitate quoq; **H**rofi in qua erat **P**utta ep̄us quib; eo tpe absens cōmuni clade absumpsit. **Q**uō ille vbi comperit ecclesiam videlicet suam rebus ablati omnib; depopulatā diuertit ad **S**eruuulfum mercioz antistitem: et accepta ab eo possessione ecclesie cuiusdā et agelli nō grandis ibidem in pace uitā finiuit. **N**il omnino de restaurando ep̄atu suo agens: qui (sicut et supra diximus) magis in ecclesiasticis q̄ in mūdānis reb; erat industr̄. **S**ed in illa solum ecclesia deo scrutens. et vbiq; rogabat ad docenda ecclesiastica carmina diuertens. **P**ro quo **T**heodorus in ciuitate hrofi **C**helmū p̄secrat ep̄iscopū: sed illo post nō multū p̄ inopia rerū ab ep̄atu decedente atq; ad alia loca descendente **S**ebmundū p̄ eo substituit antistite. **A**nno dñice incarnationis, dc. lxx.

vii. q̄ est ānus imperij regis **E**cgfridi octauus. **A**pparuit mense augusto stella q̄ dicit̄ cometa: et trib; mensib; p̄manēs matutinis horis oriebat̄: excellam radiantis flāme quasi columnā p̄ferens. **D**uo etiā anno orta inter ip̄m regem **E**cgfridū et reuerendissimū antistite **V**ulfridum dissensione pulsus est idē antistes a sede sui ep̄atus: et duo in locum eius substituti ep̄i q̄ nordanhimbroz genti p̄essent. **S**osa vlt̄ delcet qui deiroz et **E**ata qui bernicioz puincia gubernaret. **H**ic in ciuitate eboract: ille in hagustaldensi siue in lindissar nensi ecclesia cathedram habens ep̄alem. ambo de monachoz collegio in ep̄atus gradum adsciti. **C**um quibus et **E**adhed in puincia lindissaroz quā nuperrime rex **E**cgfrid supato ī bello et fugato **V**ulfrid here obtinuerat ordinatur ep̄us. et hunc eadem puincia p̄mum accepit p̄sulem: secundū **E**deluini: tertiu **E**adgariū: quartū **C**inirberthū quē in p̄senti habet. **H**abebat em̄ ante **E**adhedū antistitem **S**eruuulfum qui etiam mercioz et mediterraneoz angloz sil ep̄us fuit. **U**nde et expulsus de lindissar in illaz puinciaz regimine p̄mansit. **O**rdinati sunt autē **E**adhed **S**osa et **E**ata eboracti ab archiepo **T**heodoro qui etiam post tres abscissionis **V**ulfridi annos hoz ī numero duos addidit antistites **T**rumberechtū ad ecclesiam augustaldensem remanente **E**ata ad lindissar nensem et **T**rumuul ad puincia p̄ctoz: que tunc templis angloz erat imperio subiecta. **E**adhedum de lindissar reuersum: eo q̄ **E**dilred puincia recepisset r̄b̄pensi ecclesie p̄fuit.

Ut **V**ulfrid ep̄us puincia australium saxonū ad christū conuerterit.

Capitulum XIII.

Vulfridus autē ab ep̄atu suo **V**ulfrid et multa diu loca peruagatus romā adiit: britāniā rediit. **E**t si p̄pter inimicitias memorati regis in patria siue parrochia recipi nō potuit: nō tamen ab euāgelizandī potuit ministerio cohiberi. **S**i quidē diuertens ad puincia australiū saxonū q̄ post cātuarios ad austrū et ad occidentē vsq; ad occidentales saxonos p̄tingit: habens terrā familiarē. vii.

missum, et eo adhuc rege paganis cultibus
 seruiebat: hunc uerbum fidei et lauacrum
 salutis ministrabat. Erat autem rex gentis il-
 lius Edilualch non multo ante baptisatus
 in puincia merciorum presente ac suggerente
 Culfere. Quo etiam egressus de fonte lo-
 co filij suscepimus est. In cuius signum ado-
 ptiois duas illi puincias donauit, uicta
 uidelicet insulam et meanuorum puincia
 in gente occidentaliu saxonu. Itaque epus
 concedente imo multum gaudente rege pri-
 mos puincie duces ac milites sacrosanto
 fonte abluebat. Verum presbyteri Lappe et
 Padde et Bruchelin et Diddi cetera ple-
 bem uel tunc tpe sequente baptisabant. Por-
 ro regina noie Eate insula, id est uictio-
 rum puincia fuerat baptisata. Erat autem filia
 Canfrida fratris Eanheri: que ambo cum
 suo populo christiani fuere. Ceterum tota p-
 uincia australium saxonum diuini nominis et
 fidei erat ignara. Erat autem ibi monachus
 quidam de natione scotoz uocabulo Dical,
 habens monasterium pmodicum in loco
 qui uocatur Bosanham siluis et mari circunda-
 tum: et in eo fratres, uij, in humili et pauperi
 uita domino famulantes. Sed puincialium
 nullus eorum uel uitam emulari uel predica-
 tionem curabat audire. Euangelizantes
 autem genti episcopus Culfred non solum ab
 erumna perpetue damnationis: uerum et ab
 adade infande temporalis interitus eripu-
 it. Siquidem tribus annis ante aduen-
 tum eius in puinciam: nulla illis in locis
 pluuia ceciderat. Unde et fames acerbis-
 sima plebem inuadens impla nece profra-
 uit. Denique fertur: quia sepe, xl. similis aut, l.
 boies inedia macerati, pcederant ad pre-
 cipitum aliquod siue ripam maris: et iunctis
 misere manibus pariter omnes aut ruina pe-
 rituri: aut fluctibus absorbendi deciderent.
 Verum ipsa die quo baptisima fidei gens
 suscepit illa: descendit pluuia serena et cor-
 piofa: restoruit terra: redijt uiridantibus ar-
 uis annus letus et frugifer. Sicque abiecta
 prisca superstitione ex sufflata idolatria cor-
 oim et caro oim exultauerunt in deum uiuunt.
 Intelligentes enim quod uerus est deus et in-
 terioribus se bonis et exterioribus celesti gra-
 tia ditasse. Nam et antistes cum uenisset
 in puinciam tantumque ibi famis penam uide-

ret: docuit eos piscando uictum querere.
 Namque mare et flumina eorum piscibus abunda-
 bant. Sed et piscandi pericia genti nulla: nisi
 ad anguillas tantum inerat. Collectis ergo
 undecimque retibus anguillaribus boies anti-
 stitis miserunt in mare: et diuina se iuuan-
 te gratia mox cepere pisces diuersi generis
 trecentos. Quibus trifariam diuisis, cum pau-
 peribus dederunt, cumque his a quibus rhesia ac-
 ceperunt, cum in suos usus habebant. Quo be-
 neficio multum antistes cor oim in suum uer-
 tit amorem, et libentius eo predicante cele-
 stia sperare ceperunt: cuius ministerio ter-
 lia bona sumpserunt. Quo tempe rex Edil-
 uach donauit reuerendissimo antistite Culf-
 frido terram, lxxxvij. familiarium: ubi suos
 boies qui exules uagabantur recipere pos-
 set uocabulo Selescu quod dicitur latine in-
 sula uiculi marini. Est autem locus undecim
 mari circumdatus proter ab occidente unde
 habet ingressum amplitudinis quasi latus
 funde, qualis locus a latinis peninsula: a
 grecis solet cherronesos uocari. Hunc er-
 go locum cum accepisset epus Culfred fun-
 dauit ibi monasterium: ac regulari uita in-
 stituit maxima ex his quos secum adduxer-
 rat fratribus: quod usque hodie successores
 eius tenere noscunt. Nam ipse illis in par-
 tibus annos quinque, id est usque ad mortem Culfri-
 di regis merito omnibus honorabilis offi-
 cium episcopatus et uerbo exercebat et ope.
 Et quoniam illis rex cum prefata loci possessioe
 omnes qui ibidem erant facultates cum
 agris et hominibus donauit omnes fide christi-
 sti institutos uicta baptisimatibus abluit. In-
 ter quos seruos et ancillas ducentos quin-
 quaginta quos omnes uel baptisandos a ser-
 uitate dominica saluauit: etiam libertatem dona-
 do humane iugo futuris absoluit.
 Ut intercessione Osualdi regis pestifera
 mortalitas sit sublata.

Capitulum XIII.

In quo tunc monasterio nonnul-
 la celestis gratie dona spiritalia
 liter ostensa fuisse perhibetur. Ut
 pote ubi nuper expulsa diaboli tyrantide
 christus iam regnare ceperat. Et quibus
 unum quem mihi reuerendissimus antistes,
 Acta sepius refert: et a fidelissimis eius-
 dem monasterii fratribus sibi relatum asse-

Ecclesiastice historie gētis Anglorū

rere solebat memorie mādare cōmodum
duximus. Eodē ferme tempore quo ipsa
pūincia nomē xpī susceperat: multas br̄s
tāntē pūincias mortalitas seua corripiebat.
Que cū prefatū monasteriū cui tunc
regendo religiosissimus xpī sacerdos vo
cabulo Eappan prefuit multitudine dīs
pensationis attingeret: Multiq; sibi de
hīs qui cum antistite illo venerāt: siue de
illīs qui de eadē pūincia saxonū nup ad
fidem fuerāt vocati passim: de hac vita ra
perentur: visum est fratribus triduanum
ieiuniū agere: et diuinam suppliciter obse
rare clementiam: vt misericordiā sibi dī
gnaretur impendere: et siue periclitantes
hoc morbo a presenti morte liberaret: seu
raptos emundo a perpetua anime dāna
tione seruaret. Erat tunc temporis in eo
dem monasterio puerulus quidam de na
tione saxonū nuper vocatus ad fidē: qui
eadem tactus infirmitate non pauco tpe
recubatus in lectulo iacebat. Cū ergo ses
cūda memorata ieiunij ac supplicationū
dies ageretur: forte spm puer hora ferme
secūda diei in loco in quo eger iacebat for
lū inuenit: cui diuina dispensatōe subit
to beatissimū apostolorū principes digna
ti sunt apparere. Erat enim puer multum
simplex ac māsueta animi sincerag; deuo
tione sacramenta fidelē que susceperat ser
uans. Salutantes ergo illū verbis pijs si
mis apli dicebant. Noli timere fili mortē
pro qua sollicitus es. Nos autē te hodierna
die ad celestia regna sumus pducturi. Sed
primū expectare habes donec misse cele
brētur: ac vsatico dñici corporis ac san
guinis accepto sic infirmitate simul et mor
te absolutus ad eterna in celis gaudia sub
leueris. Clama ergo ad te presbyterū Eap
pan: et dicito illi quia dñs exaudiuit preces
vestras et deuotōem: ac ieiunia propitiū
aspexit: neq; aliquis de hoc monasterio si
ue ad facētibus ei possessiūculis hac clas
de vltra moriturus est. Sed omnes qui
alicubi de vestris hac egritudine laborāt
resurrecturi a languore pristina sunt sos
pitate recuperandi: preter te solū qui ho
dierna es die liberandus a morte et ad vi
sionē dñi xpī cui fideliter seruisti pducens
dus in celū: quod diuina vobis misericor

dia per intercessionē religiosi ac deo dilec
cti regis Osualdi: qui quondā genti Nor
danhumbrozū et regni temporalis aucto
ritatē et christiane pietatis que ad regnū
penne ducit deuotōem sublimiter prefuit
cōferre dignata est. Hac etenim die idem
rex ab infidelibus in bello corporaliter ex
tinctus: mor ad sempiterna animarū gau
dia assumptus in celū et electorū est socia
tus agminibus. Querāt in suis codicibus
in quibus defunctorū est adnotata depos
sitis: et inuenient illū hac (vt dixim) die
raptū esse de seculo. Celebrēt ergo mis
sas per cuncta monasterij oratoria huius
siue p gratiarū actione exauditas suas des
precationes: siue etiam in memoriā pfat
regis Osualdi qui quondam ipsoz genti
preerat. Ideoq; pro eis quasi pro sue gē
tis aduentis supplex orabat ad dominū.
Et cunctis conuenientibus ad ecclesiam
fratribus cōmunicent omnes sacrificijs ce
lestibus: et ita soluto ieiunio corpus quoq;
suis reficiant alimentis. Que cum omnia
vocado a se presbytero puer verba narra
set: Interrogauit eum sollicitus quales
essent habitus vel specie viri qui sibi appa
ruissent. Respondit: preclari omnino ha
bitu: et vultu erant letissimū ac pulcherrimū
quales nunq; ante videram. Neq; aliq;
hominūz tanti decoris ac venustatis esse
posse credebā. Unus quidē attonsus erat
vt clericus: alius barbaram habebat plitā
Dicebantq; q; vnus eorum petrus: alius
vocaret paulus: et ipsi essent ministri do
minūz saluatoris nostri iesu christi ad tuti
tionem nostri monasterij missi ab ipso de
celis. Credidit ergo verbis pueri presby
ter: ac statim egressus requisit in annali
suo et inuenit eadem ipsa die Osualdum
regem fuisse peremptum. Vocatisq; fra
tribus parari prandium: missas fieri: atq;
omnes cōmunicare more solito precepit:
simul et infirmanti puero de eodem sacri
ficio dominice oblationis particulam de
ferri mādauit. Quibus ita gestis nō mul
to post eadem ipsa die puer defunctus est.
Suaq; morte probauit vera fuisse verba
que ab apostolis christi audierat. Sed et
hoc eis verbis testimoniū perhibuit q; ne
mo preter ipsam tempore illo ex eodē est

monasterio raptus de mūdo. Ex qua nī mirū visione multī qui hec audire potuerunt: et exhortandam in aduersis diuinaz clemētiā ad saluaria teiunioꝝ remedia subeunda sunt mirabiliter accēsi. Et ex eo tempore nō solum in eodem monasterio: sed et in plerisq; locis alijs cepit ānuatim eiusdem regis ac militis xpī natalici⁹ dies missarū celebratione venerari.

¶ Ut Ceadualla rex interfecto rege **Beuissoz** Edlnach puñciā illā seua cede ac depopulatione attriuerit. **¶** Caplm. XV.

Interea supueniens cū exercitu Ceadualla iuuentis strenuissim⁹ mus de regio genere **Beuissoz** cum exularēt a patria sua interfecit regem **Edlnach**: ac puñciā illā seua cede ac depopulatione attriuit. Sed mox expulsus est a duobus regis **Berechtuno**: et **Anstuno**: qui deinceps regnū puñcie tenuerunt. Quorū prior postea ab eodē **Ceadualla** cum esset rex **Beuissoz** occisus est et puñcia grauiore seruitio subacta. Sed is qui post **Ceadualla** regnabat simili puñciam illam afflictione plurimo anno rum tempore mancipari. Quare factum est vt toto illo tempore episcopū pprium habere nequiret. Sed reuocato domum **Uilfrido** pmo suo antistite ipi episcopo **Beuissorum** id est occidentalium **Saxonū** qui essent inuenti in ciuitate subiacerent. **¶** Ut **Uecta** insula christianos incolas susceperit: Cuius duo pueri statim post acceptum baptisma sunt interempti:

¶ Caplm. XVI.

Post que ergo **Ceadualla** regno potitus **Beuissorum** cepit insulam **Uecta**: que eaten⁹ erat tota idolatrica dedita: ac stragita cede omēs indigenas exterminare: ac iue puñcie homines pro hys substinere contendit: Volo se obligans quāuis nondum regeneratis vt fertur in christo: quia si cepissent insulā quartā partem eius simul et prede domino daret. Que ita soluit vt hāc **Uilfrido** episcopo qui tūc forte de gente sua superueniens aderat vtendam pro domino offerret. Est autem mensura eiusdē insule iuxta estimationem angloꝝ mille ducentarum familiarum. Unde data est epi

scopo possessio terre trecentarū familiarū. At ipse partem quā accepit cōmendauit cuidam de clericis suis cui nomen **Seoznū**: et erat filius sororis ei⁹: dans illi presbyterū nomine **Hiddila**: qui omnibus qui saluari uellent uerbum ac lauachrit⁹ uite ministraret. Ubi silentio p̄tererendum non esse reoꝝ q̄ in primicijs eoz qui de eadem insula credēdo saluari sunt duo regū pueri fratres uidelicet **Arnaldi** regis insule specialiter sunt dei gratia coronati. Si quidem iminentibus insule hostibus fuga lapsi sunt de insula: et in primā victoꝝ puñciam translati. Ubi cum delatū in locum qui uocatur ad lapidem occulandos se a facie regis victoris credidissent proditi sunt: at q̄ occidit iussit. Ad cū audisset abbas quidam et presbyter uocabulo **Cinsbrechte** habens non longe ab inde monasteriū in loco q̄ uocat **Reuchford** id est uadum arundinis uenit ad regem qui tunc eiusdem in partibus occulte curabatur a uulnerib⁹ que ei inflicta fuerant preliando in insulam uectam. Postu lauitq; ab eo ut si necesse esset pueros interfici prius eos liceret fidei christiane sacramentis imbui. Cōcessit rex et ipse instructos eos uerbo ueritatis ac fonte salutaris ablutos de ingressu regni etnā certos reddidit. Porq; illi instante carnifice mortem leti subiere temporalem: p̄ quā se ad uitam anime perpetuam non dubitabāt esse transituros. Hoc ergo ordine postq̄ omnes britāniarū prouincie fidem xpī susceperāt: suscepit et insula **Uecta**: in qua tamen ob erumnā externe subiectōnis nemo gradum ministri ac sedis episcopalis ante **Danibelē** qui nunc occidentalium **Saxonum** et **Beuissorum** est episcopus accepit. Sita est autem hec insula contra mediū australiū **Saxonū** et **geuissoz** interposito pelago latitudinis triū milliū q̄ uocatur **soluente**. In quo uidelicet pelago bimestus oceanus qui circum britāniā ex infinito oceano septentrionali erumpunt sibi inuicem quotidie cōpugnātes occurrūt vltro ostium fluminis **homelia** qui per terras **uitorum** qui ad regionem **Beuissorum** pertinent prefatum pelagus intrant: finitoq; conflictu in oceanū refusi

Ecclesiastice historie gētis Anglorū

vnde venerant redeunt.

**De synodo facta in campo Bedfeld p̄
fidente archiepiscopo Theodoro.**

Capitulum XVII.

His temporibus audiens Theodoros fidem ecclesie constantinopolitane per heresim Eutycticis multum esse turbataz: et ecclesias anglorum quibus pererat ab huiusmodi labe imunes perdurare desiderans: Collecto venerabilium sacerdotum doctorumque plurimorum cetum: cuius essent fidei singuli sedulus inquirebat: omnes unanimem in fide catholica reperit consensus. Et hunc synodalibus litteris ad instructionem memoriamque sequentium commendare curavit. Quarum videlicet litterarum istud exordium est. **In nomine domini nostri iesu christi saluatoris imperantibus dominis piissimis nostris Ecgfrido rege Humbrocesiu anno .x. regni eius sub die .xx. kl. octobris indie. octava. et Egilredo regi mercinensiu anno .vii. regni eius et Alduulfo rege estranglorum: anno .xxii. regni eius et Rodthario rege cantuariorum: regni eius anno .iiii. presidente ipso Theodoro gra dei archiepiscopo britannie insule et civitatis doruvernensis. vna cum me sedentibus ceteris episcopis britannie insule viris venerabilibus prepositis sacrosanctis euangelis in loco qui sacronico vocabulo Bedfeld nominat pariter tractantes fidem rectam et orthodoxam exposuimus. Sicut dominus noster iesus incarnatus tradidit discipulis suis: qui principaliter viderunt et audierunt sermones eius: atque sanctorum patrum tradidit symbolum: et generaliter omnes sancti et vniuersales synodi et omnis probabiliu catholice ecclesie doctorum chorus. Hos itaque sequi nos pie atque orthodoxe iuxta diuinitus inspiratam doctrinam eorum professi credimus consonanter et confitemur secundum sanctos patres proprie et veraciter patrem et filium et spiritum sanctum trinitatem et in unitate consubstantialem: et unitatem in trinitate hoc est vnum deum in tribus subsistentiis vel personis consubstantialibus equalis glorie et honoris. Et post multa huiusmodi que ad recte fidei confessionem pertinebant: hoc quoque sancta synodus suis litteris addidit.**

Suscipimus sanctas et vniuersales quinque synodos beatorum et deo acceptabilium patrum: id est qui in niceana congregati fuerunt. cccc. lxxiiij. contra Arrium impiissimum et eiusdem dogmata. Et in constantinopolitana contra velantiam Macedonij et ebudoxi et eorum dogmata. Et in Ephesorum primo ducentorum contra nequissimum nestorium et eiusdem dogmata. Et in calcedone ducentorum et triginta contra Euthychem et nestorium et eorum dogmata. Et iterum in constantinopolitana quinto congregati sunt concilio in tempore Iustiniani minoris contra Theodorum et Theodorici et eorum dogmata. Contra Cirillum et paulo post. Et synodus que facta est in urbe roma in tempore Martini pape beatissimi. indie .viii. imperante Constantino piissimo anno nono. Suscipimus et glorificamus deum nostrum iesum christum sicut isti glorificauerunt: nihil addentes vel subtrahentes: et anathematizamus corde et ore quos anathematizauerunt: et quos susceperunt suscipimus: glorificantes deum patres sine initio: et filium eius unigenitum ex patre generatum ante secula: et spiritum sanctum procedentem ex patre et filio inenarrabiliter: sicut predicauerunt hi qui nos memorauimus supra sancti apostoli: et prophete: et doctores. Et nos omnes subscribimus qui cum Theodoro archiepiscopo fides catholicam exposuimus.

De Johanne cantore sedis apostolice qui propter docendum venerat britanniam:

Capitulum XVIII.

Intererat huic synodo: pariterque catholice fidei decreta firmabat vir venerabilis Johannes archicantor ecclesie sancti apostoli Petri: et abbas monasterij beati Martini: qui nuper venerat a roma per iussione pape Agathonis: duce reuerendissimo abbate cognomine Benedicto: cuius supra meminimus. Cum autem idem Benedictus constitisset monasterium britannie in honore beatissimi apostolorum principis iuxta ostium fluminis Duri: venit roma cum cooperatore ac socio eiusdem operis Ecgfrido: qui post ipsum eiusdem monasterij abbas fuit (quod et ante sepe) facere consuevit: atque honorifice a beate memorie papa

Agathone susceptus est: petijtque et accepit ab eo monumētū libertatē monasterij quod fecerat epistola priuilegij ex auctoritate apostolica firmatū: iuxta quod Egfridus regem voluisse ac licentiā dedisse nouerat. Quo cōcedente et possessionē terre largitē te ipsū monasteriū fecerat: accepit et prefatum iohannē abbatē britanniā pducēduz quatinus in monasterio suo cursum canē di annū sicut ad sanctū petrū rome agebatur edoceret. Egfridus abbas iohānes ut iussione acceperat pontificis: et ordinē videlicet et ritū canēdi ac legendi viua voce prefati monasterij cantores edocendo: at ea que totius anni circulus in celebratione dierū festoz poscebat etiā litteris mandādo. que hactenus in eodē monasterio seruata: et a multis iam sunt circū quaque transcripta. Nō solū autē idem iohānes ipius monasterij fratres docebat: verū de omnibus pene eiusdē puincie monasterijs ad audiendū eū qui cantando erant periti cōfuebant. Sed et ipsū per loca in quibus doceret multa inuitare curabant. Ipse autē excepto cantandū vel legendū munere: et aliud in mandatis ab apostolico papa acceperat: ut cuius esset fidei angloz ecclia diligētē edisceret: romāque rediēs referet. Nam et synodū beati pape Martini cū epoz cōsensu non multo ante rome celebratam: contra eos maxime qui vnam in christo operatōem et voluntatem predicabant secum veniens attulit: atque in prefato religiosissimū abbatē Benedictū monasterio scribendam cōmendauit. Tales namque eo tempore cōstantinopolitane ecclie multū turbauerant. Sed domino donante proditi iam et vinciti sunt. Unde volens Agatho papa sicut in alijs puincijs ita etiā in britāniā: qualis esset status ecclie discere. Hoc negociū reuerendissimo abbati iohanni britāniā destinato inuixit: quōbrem collecta p hoc in britāniā synodo quā diximus inuenta est in omnibus fides inuisitata catholica: datumque illi exemplar eius romam perferēdum. Verum ille patriam reuertens non multo postque oceanum transijt arreptus infirmitate: ac defunctus est. Corpusque eius ab amicis propter amorem sancti Martini

cuius monasterio perat Turonis delatū atque honorifice sepultum est. Nam et benigne ecclie illius hospitio cum britanniā iret exceptus est: rogatusque multum a fratribus ut romam reuertens illo itinere reuertere: atque ad eam diuenteret eccliam. Denique ibidem adiutores itineris et iniuncti operis accepit: qui et si in itinere defunctus est: nihilominus exemplum catholice fidei angloz romam platum est: atque ab apostolico papa omnibus qui audire vel legere gratantissime susceptum.

¶ Ut Edildrīda regina virgo perpetua pmāserit: Cuius nec corpus in monumēto corruptū poterit. **Capitulum XIX.**

¶ Accepit autem rex Egfrid conjugem nomine Edildridam: filiam anne regis orientaliū angloz: cuius sepius mentionem fecim⁹ viri bene religiosi ac per omnia mente et opere egregij. Quā et alter ante illum vir habuerat uxorem: princeps videlicet australium giroz vocabulo Tondbrecht. Sed illo post modicū temporis ex quo eam accepit defuncto: data est regi prefato Cuius consortio cum vteretur xij. annis perpetuo tamen mansit virginitatis integritate gloriosa: sicut mihimet sciscitantī: Cum hoc an ita est: quibusdam venisset in dubiū beate memorie Wilfrid ep⁹ referbat dicens se testem virginitatē eius esse certissimū adeo ut Egfridus promiserit se ei terras ac pecunias multas esse donaturum: si regine posset persuadere eius vti cōnubio: quia sciebat illam nullū virozū plus illo diligere. Nec diffidendū est nostra etiā etate fieri potuisse quod eio precedente aliquotiens factum fideles historie narrant: donante vno eodemque domino: qui se nobiscū vsque in finem seculi manere pollicetur. Nam etiā signū diuini miraculū quo eiusdem femine sepulta caro corruptū non potuit inditio est: quia virili cōtactu incorrupta durauerat. Que multū diu regem postulans: ut seculi curas relinquere: atque in monasterio tantum vero regi christo seruire permitteret: vbi vix aliquando impetrauit. Intrauit monasteriū Ebbe abbatisse que erat amita Egfridi regis positum in loco que Co-

Ecclesiastice historie gētis Anglorū

ludiurbem nomināt. **A**ccepto velamine
sanctimonialis habitus a prefato antistite
Ulfrido. Post annum vero ipsa facta
est abbatissa in regione que vocat **E**lge:
ybi constructo monasterio virginum deo
deuotarum per plurimum mater virgo et
exemplis vite celestis esse cepit et monitis
De qua fertur quia ex quo monasterium
petijt nunq̄ lineis: sed solum laneis vesti
mentis vti voluerit, raroq̄ in calidis bal
neis preter iminētibus solennijs maiori
bus: verbi gratia: pasche: penthecostes:
epiphanie: lauari voluerit: et tam nouissi
ma omnium lotis prius suo suarūq̄ mini
strarū obsequio ceteris que ibi essent fa
mulabz christi. **R**aro preter maiora solen
nia vel artorem necessitate plusq̄ semel
per diem manducauerit semper: si non in
firmitas maior phibuisse. **E**x tēpore ma
tutine synaxios vsq̄ ad ortū diei in eccle
sia precibus intenta persistit. **S**ūt etiā
qui dicunt q̄ pphetice sp̄ritū et pestilen
tiam quia ipsa esset moritura predictit: et
numerū quoq̄ eorū qui de suo monaste
rio hoc esset de mundo rapti palā cū
ctis presentibz intimauerit. **R**apta est autē
ad dominū in medio suorum post annos
iij. ex quo abbatisse gradum susceperat.
Et ea que vt ipsa iusserat nō alibi q̄ in me
dio eorum iuxta ordinem quo transierat
ligneo in locello sepulta. **C**ui successit in
ministrū abbatisse soror eius **S**erburz
quā habuerat in cōiugem **E**arcōbrechr:
rex **C**antuariorum et cum .x. annis esset se
pulta placuit eidem abbatisse leuari ossa
eius et in locello nouo positam in ecclesiā
transferrī. **I**ussitq̄ quosdam e fratribus
querere lapidem de quo locellum in hoc
facere possent: qui ascensu nauis ipsa enim
regio eligendū que est aquis et paludibz
circūdata neq̄ lapides maiores habet:
venerunt ad ciuitatū quondā desolatā
non procul inde sitam que lingua anglo
rum **S**randacestr vocatur: et mox inue
nerunt iuxta muros ciuitatis locellum de
marmore albo pulcherrime factū: opculo
quoq̄ similis lapidis aptissime tectum.
Unde intelligentes a domino suum iter
esse speratum gratias agentes retulerūt
ad monasteriū. **C**ūq̄ corpus sacre virg

nis ac sponse christi aperto sepulcro esset
prolatum in lucem: ita incorruptum inue
tum est ac si eodem die esset defuncta siue
humo condita: sicut et prefatus antistes
Ulfrid et multi alij qui nouere testantur
Sed certiori noticia medicus **C**intfrid
que presens illa eleuata de tumulo affuit
qui et referre erat solitus q̄ illa infirmata
habuerit tumorem maximū sub maxilla.
Iusserunt me inquit incidere tumorem il
lū vt efflueret noxius humor qui inerat.
Qū dum facere videbatur illa p̄ b̄dium
aliquanto leuius habere: ita vt multi pu
tarent q̄ sanari posset a languore. **T**ertia
autē die prioribus aggrauata doloribz et
rapta confestim de mūdo dolorem oēm
ac mortem perpetua salute ac vita muta
uit. **C**ūq̄ post annos eleuāda essent ossa
de sepulcro: et extento desuper papillione
omnis congregatio hūc fratrum inde soro
rum psallens circūstaret. **I**psa autem ab
batissa intus cuz paucis ossa eleuatura et
delatura intrasset repente audiuimus ab
batissam intus clara voce proclamare sic
gloria nomini dñi. **N**ec multo post cla
mauerūt me intus reserato ostio papillio
nis vndiq̄ eleuatum de tumulo et positū
in lectulo corpus sacre deo virginis q̄si
dormientis simile. **S**ed et disco operto
vultus indumento monstrauerunt mihi
et tam vulnus incisurę quod fecerat curatū
ita vt mirum in modū pro aperto et hian
te vulnere cū quo sepulta erat tenuissima
tunc cicatricis vestigia apparerēt. **S**ed et
lintheamina omnia quibz inuolutū erat
corpus integra apparuerūt: et ita noua vt
ipso die viderentur castis eius membris
esse circūdata. **F**erunt autem que cum p̄
fato tumore ac dolore maxille siue colli p̄
meretur multū delectata sit hoc genere in
firmitatē ac solita dicere. **S**cio certissime
quia merito in collo pondus languoris
porto: in quo iuuenulā memini me sup
uacua monilium pondera portare: et cre
do q̄ ideo me superna pietas dolore colli
voluit grauari vt sic absoluar reatu super
uacue leuitatis: dum mihi nunc pro auro
et margaritis de collo rubor tumoris ar
dorq̄ promineat. **C**ontigit is tactu indu
mento: um eorundem et demonia ab ob

sessis fugata corporibus, et infirmitates alie aliquotiens esse curatas. Sed et loculum in quo primo sepulta est nonnullis oculos dolentibus saluti fuisse perhibent: Quicquid suum caput eidem loculo apponentes oras sent: mox doloris siue caliginis incommodum ab oculis amouerent. Lauauerunt igitur uirgines corpus: et nouis indutum vestibus intulerunt in ecclesiam: atque in ea quod allatum erat sarcophago posuerunt: ubi usque hodie in magna ueneratione habetur. Mirum uero inmodum ita aptum corpori uirginis sarcophagum inuentum est: ac si ei specialiter preparatum fuisset, et locus quoque capitis seorsum fabricatus ad mensuram capitis illius aptissime figuratus apparuit. Est autem Elge in prouincia orientalium angolorum regio familiaris

circiter sexcentorum in similitudinem insule uel paludibus: ut diximus: circumdata uel aquis, unde et a copta angillarum que in eisdem paludibus capiuntur non accepit: ubi monasterium habere desiderauit memorata christi famula: quoniam de prouincia eorundem orientalium angolorum ipsa: ut prefati sumus: carnis originem duxerat

Hymnus de illa: **Cap. lvi. XX**
Uides opportunum huc historicum etiam hymnum uirginitatis inserere: quem ante annos plurimos in laudem ac preconiium eiusdem regine ac sponse christi. Et ideo ueraciter regine quo sponse christi. Iesaiaco metro compositum et imitare more sacre scripture cuius historie carmina plurima indita et metro ac uersibus constat esse composita.

Alma deus trinitas que secula cuncta gubernas:
 Annue iam ceptis alma deus trinitas.
 Bella maro resonet: nos pacis dona canamus
 Munera nos christi bella maro resonet.
 Carmina casta mihi fede non raptus helene:
 Illucis erit lubricus carmina casta mihi.
 Dona superna loquar: misere non prelia troie:
 Terra quibus gaudet dona superna loquar.
 En deus altus adiit uenerande uirginis aluum.
 Liberet ut homines en deus altus adiit.
 Femina uirgo parit mundi deuota parentem:
 Porta maria dei femina uirgo parit.
 Gaudet amica cohors de uirgine matre tonantes:
 Uirginitate micans gaudet amica cohors.
 Huius honor genuit casto de germine plures:
 Uirgineos flores huius honor genuit.
 Ignibus uita feris uirgo non cessat agathe:
 Eulalia perfert ignibus uita feris.
 Casta feras superat mentes pro culmina tecla:
 Eufemia sacras casta feras superat.
 Lera ridet gladios ferro robustior agnes:
 Ecclesia infestos lera ridet gladios.
 Antos in orbe uiget per sobria corda triumphos:
 Sobrietatis amor multos in orbe uiget.
 Nostra quoque egregia iam tempora uirgo beauit:
 Edildrida nitet nostra quoque egregia.
 Orta patre eximio regali et stemata clara:
 Nobilior domino est orta patre eximio.
 Percipit inde decus regina et scepra sub astris:
 Plus supra astra manens percipit inde decus.
 Quid petis alma uirum sponso iam dedita summo:

Ecclesiastice historie gētis Anglorū

Sponsus adest christus quid petis alma virum?
Regis ut etherei matrem iam credo sequaris:
Tu quoque sis mater regis ut etherei.
Sponsio dicata deo bis sex regnauerat annis:
Inque monasterio est sponsa dicata deo,
Toro sacrata polo celsis ubi floruit actis:
Reddidit atque animam tota sacrata polo,
Virginis alma caro est tumultata bis octo nouembri:
Nec puret in tumulto virginis alma caro.
Christe tui est operis qui vestis et ipsa sepulchro
Inviolata nitet christi tui est operis.
Hydros et ater abit sacre pro vestis honore:
Horbi diffugiunt hydros et ater abit,
Zelus in hoste furit quondam qui vicerat eam:
Virgo triumphat ouans zelus in hoste furit,
Aspice nupta deo que sit tibi gloria terris:
Que maneat celis aspice nupta deo,
Munera leta capis festiuis fulgida tedis:
Ecce venit sponsus munera leta capis,
Et noua dulcisono modularis carmina plectro:
Sponsio hymno exultas et noua dulci sono,
Nullus ab alti throni comitatu segregat agni:
Quam effectu tulerat nullus ab alti throni,

¶ Ut Theodorū ep̄s inter Ecgfridū et
Edilredum reges pacem fecerit:

Capitulum, XXXI.

Anno Ecgfridi nono conferto
grauī prelio inter ip̄m et Edilre-
dum regē merciorū iuxta fluuiū
Trenta occisus est Elbūmī frater regis
Ecgfridi iuuentis circiter, xliij, annorum
vniq; provincie multū amabilis. Hāz so-
rorē eius que dicebat Ostfridi rex Edil-
red habebat uxorez. Cūq; materies belli
acrioris et inimicie longioris inter reges
populosq; feroces videret exorta: Theo-
dorus deo dilectus antistes diuino fretus
auxilio salutifera exhortatione ceptū tantū
periculi funditus extinguit incēdiū: adeo
ut pacatis alterutriū regibus ac populis
nullius anima hominis pro interfecto re-
gis fratre: sed debita solūmodo multa pe-
cunia regi vltori daret. Cuius federa pa-
cis multo exinde tempore inter eosdem re-
ges: eorumq; regna durarunt.

¶ Ut vincula cuiusdam captiui cum pro-
co misse cantarentur soluta sint.

Capitulum, XXXII.

In prefato autē prelio quo oceb-
sus est rex Elbūmī memorabile
quoddā factū esse constat: qd̄ ne
quaquē silentio pretereundum arbitror: sed
multorū salutē si feratur fore pficiū. Occi-
sus est ibi inter alios de militia eius iuue-
nis vocabulo Duma: qui eū die illo et no-
cte sequēte inter cadauera occisorū similis
mortuo iaceret: tandem recepto ip̄s spiritu re-
uicit. Ac residens sua vulnera put potuit
ip̄e alligauit. Deinde modicū quiescēs le-
uauit se et cepit abire sic: vbi amicos q̄ sus-
curā agerēt posset inuenire. Quō dū faceret
inuētus est: et captus a viris hostilis exer-
citus: et ad dñm ip̄sorum comitem videlicet
Edilredi regis adductus. Ad q̄ interrogatus
esset timent se militē fuisse p̄fiteri: rusticū se
poti⁹ et pauperē: atq; uxoreo vinculo col-
ligatū fuisse rēdit: et p̄ victū militib⁹ ad-
ferendū in expeditione se cū suis silib⁹ ve-
nisse testatur ē. At ille suscipiēs eū: curā vul-
nerib⁹ egit, et vbi sanari cepit nocte euz ne
aufugeret vinciri p̄cepit: nec tñ vinciri po-
tuit. Hāc mox ut abiēre q̄ vincierāt eadem
sūt ei⁹ vincula soluta. Habebat em̄ germa-
nū fr̄ez: cui nomē erat tuma p̄sbyter, et ab-
batē monasterij ī ciuitate q̄ hacten⁹ ab ei⁹

noie. **T**um lacestr cognominatur. Qui cum eum in pugna peremptum audiret venit querere: si forte corpus eius inuenire posset. Inuentusque alium illi per omnia similitudinum putauit ipsum esse: quem ad monasterium suum deferens honorifice sepeliuit. Et per absolutionem anime eius sepius missas facere curauit. Quarum celebratione factum est quod dixi: ut nullus eum posset vincere quin continuo solueret. Intra comes qui eum tenebat mirari et interrogare cepit quare ligari non posset: an forte litteras solutorias de quibus fabule ferunt apud se haberet quas ligari non posset. At ille respondit nihil talium artium nosse. Sed habeo fratrem inquit presbyterum in mea puincia: et scio quia ille me interfectum putans pro me missas crebras facit: et si nunc in alia uita essem ibi anima mea per intercessionem eius solueretur a penis. Dumque aliquanto tempore apud comitem teneretur animaduertit qui eum diligentius considerabant ex vultu et habitu et sermonibus eius: quia non erat de paupere vulgo ut dicebat: sed de nobilibus. Tunc secrete aduocans cum comes interrogauit intentius unde esset: promittens nihil ei mali futurum pro eo si simpliciter sibi quis esset prodiceret. Quod dum ille faceret ministrum se regis fuisse manifestans: respondit et ego per singula tua responsa cognoueram quod rusticus non eras. Et nunc dignus es morte quia omnes fratres et cognati mei in illa sunt pugna interempti: nec tamen occidam ne fidem quam promisi preuaricem. Ut ergo conualuit vendidit eum Londonia frisoni cuidam: sed nec ab illo: nec cum illuc duceretur ullatenus potuit alligari. Verum cum alia atque alia vinculoz genera hostes imponeret: cumque vidisset qui emerat eum vinculis non potuisse cohiberi donauit ei facultatem sese redimendi: si posset. A tertia autem hora quando missae fieri solebant sepiissime vincula soluebantur. At ille dato iureiurando ut rediret vel pecuniam illi pro se mitteret venit cantuam ad regem Lodheri qui erat filius sororis Edlride regine de qua supra dictum est: quia ipse quondam eiusdem regine minister fuerat: petijtque et accepit ab eo precium sue redemptionis: ac

suo domino pro se ut promiserat misit. Qui post hec patriam reuersus atque suum fratrem perueniens replicauit et ordine cuncta que sibi aduersa: que in aduersis solacia puenissent. Cognouitque referente eo illis maxime temporibus sua fuisse vincula soluta quibus pro se missarum fuerat celebrata solentia. Sed et alia que periclitanti ei commoda contigissent et prospera: per intercessionem fraternam et oblationem hostie salutaris celitus sibi fuisse donata intellexit. Multique hec a prefato viro audientes accensi sunt in fide ac deuotione pietatis adorandum: vel elemosinas faciendas: vel ad offerendas domini victimas sacre oblationis pro ereptione suorum qui de seculo migrauerat. Intellexerunt enim quod sacrificium salutare ad redemptionem valeret et anime et corporis sempiternam. Hanc mihi historiam etiam huius qui ab ipso viro in quo facta est audire narrarunt: unde eam qui aliquid quando comperi indubitate historice nostre ecclesiastice inserendam credidi.

De vita: et obitu Hilde abbatisse.

Capitulum. XXIII.

Anno post hunc sequente hoc est anno dominice incarnationis dccc. religiosissima christi famularia Hilda abbatissa monasterij quod dicitur Streneshalch: ut supra retulimus: post multa que fecit in terris opera celestia ad percipienda premia vite celestis de terris ablata transiit die. xv. klarum decembris cum esset annorum. lxxj. quibus equa partitione diuisis. xxvij. primos in seculari habitu nobilissime conuersata compleuit. Nam et nobilis natu erat hoc est filia nepotis Eduini regis vocabulo Herici: cum quo etiam rege ad predicationem beate memorie Paulini primi Nordanhimbroz episcopi fidem et sacramenta christi suscepit: atque hanc usque dum ad eius visionem peruenire meruit intemeratam seruauit. Que cum relicto habitu seculari illi soli seruire decreuisset: secessit ad provinciam orientaliem anglorum. Erat namque propinqua regis illius: desiderans exinde in quo modo posset derelicta patria: et omnibus quecumque habuerat galliam peruenire: atque in monasterio Calepgrina pro domino vitam ducere: quod facile

Ecclesiastice historie gētis Anglorū

ppetua in celis patriā posset mereri. **Nā** et in eodem monasterio soror ipsius **Be-**
refuſa mater **Aldulfi** regis orientaliū an-
glorum regularibus subdita disciplinis
ipſo tempore coronam expectabat eternā
Cuius emulata in exemplum et ipſa p̄po-
ſito peregrinandi annū totum in prefata
patriā reuocata accepit locū vni⁹ familie
ad ſeptentrionalē plagā muri flumis: vbi
eque anno vno monachicaz cū p̄pauis
ſocijs vitam agebat. **Post** hec facta eſt ab
batissa in monasterio quod vocat **Peru-**
theu: quod videlicet monasteriū factum
erat non multo ante a religioſa chriſti fa-
mula **Beiu**: que prima feminarū fertur in
provincia **Hor**danhimbroz p̄poſitum:
reſtemq; ſanctimonialis habitus confe-
crante **Aidano** episcopo ſuſcepſiſſe. **Sed**
illa poſt non multū tempus facti mona-
ſterij ſeceſſit ad ciuitatem calcariā: que
agente angloꝝ **Kael**caceſtir appellatur:
ibiq; manſionē ſibi inſtituit. **prelata** autē
regimini monasterij illius famula chriſti
Hilda: mox hec regularē vitam per omnia
part a doctis viris diſcere poterat: ordina-
re curabat. **Nam** et episcopus **Aidan**: et
quicq; nouerant eam religioſi pro inſita
ei ſapientia et amore diuini ſamulatus ſe-
dulo eam viſitare: obnixe amare: diligen-
ter erudire ſolebant. **Cū** ergo aliquot an-
nos huic monasterio regularis vite inſti-
tutione multū intenta preceſſet: cōtingit eā
ſuſcipere etiam conſtruendū ſiue ordinā-
dum monasteriū in loco qui vocat **Stre-**
neſhalch: qd̄ opus ſibi iniunctū nō ſegni-
ter impleuit. **Nam** eiſdē quibus prius
monasteriū etiam hoc diſciplinis vite re-
gularis inſtituit. **Et** quidem multa in ſibi
quocq; iuſticie: pietatis: et caſtimonie: cete-
rarūq; virtutū: ſed maxime pacis et carita-
tis cuſtodia docuit: ita vt in exemplū p̄mi-
tiue ecclie nullus ibi dīnes: nullus egens
omnibus eſſent oīa cōmunia: cum nihil
cuiuſq; eſſe videretur propriū. **Tante** autē
ſinerat ipſa prudentie: vt nō ſolum medio-
cres quicq; in neceſſitatibus ſuis: ſed etiā
reges ac principes non nunq; ab ea cōſi-
llium quererēt et inuenirēt. **Tantū** lectioni
diuinarū ſcripturarū ſuos vacare ſubdi-

tos: tantū operibus iuſticie ſe exercere ſa-
ciebat: vt facillime videretur ibidem qui
eccleſiaſticū gradū hoc eſt altaris officii
apte ſubirēt plurimi poſſe reperiri. deniq;
quicq; ex eodē monasterio poſtea ep̄os
vidimus: et hos omnes ſingularis meritū
ac ſc̄itatis viros: quoz hec ſunt nomina
Boſa. **Aetla**. **Oſfor**. **Jobānis** et **Ulfrid**
De primo ſupra dixim⁹ qd̄ de **Bura**d fue-
rit conſecratus antiſtes. **De** ſecūdo breuiter
intimandū qd̄ in ep̄ſcopatū **Dorc**ceſtre
fuerit ordinat⁹. **De** vltimis infra dicendū
eſt qd̄ eoz primus **Haguſtaldenſis**. ſecūsus
Aburacenſis ecclie ordinat⁹ ep̄ſcopus
De medio nunc dicam⁹ qui tū in vtroq;
Hilde abbatiffe monasterio lectioni et ob-
ſeruatiōni ſcripturarū operā dediffet: tan-
dem perfectiora deliderās venit **Can**tiā
ad archiepm̄ beate recordationis **Theo-**
dorum: vbi poſtea q; aliquādiu lectioni-
bus ſacris vacauit: et iam romā adire cu-
rauit qd̄ eo temporis magne virtutis eſſe
mabatur. **Et** inde cuz rediens britāniam
adiſſe diuertit ad puinciam **Di**uiciorū:
cui⁹ tū rex **Dric** p̄fuit: ibiq; verbū fidei
predicans ſimul et exemplū vinedi ſeſe vi-
uentibus atq; audientibus exhibēs mul-
to tempore maſit. **Quo** tempore antiſtes
provincia illius vocabulo **Boſel**: tan-
ta erat corporis infirmitate depreſſus vt
officiū ep̄ſcopat⁹ per ſe implere nō poſ-
ſet. **Propter** qd̄ omni iudicio p̄fatus vir
in ep̄ſcopatum pro eo electus: ac ſubēte
Edilredo rege per **Ulfridum** beate me-
morie antiſtitem qui tunc temporis medi-
terraneoz angloꝝ ep̄ſcopatū regebat or-
dinatus eſt: pro eo qd̄ archiepm̄ **Theodo-**
rus iam defunctus erat: et nondum alius
pro eo ordinatus ep̄ſcopus. **In** quā vi-
delicet provincia paulo ante hoc eſt ante
p̄fatu virū dei **Boſelū**: vir ſtrēnuſſimus
et doctiſſimus atq; excellentis ingenij vo-
cabulo **Tarfrid** de eiſdē abbatiffe mo-
nasterio electus eſt antiſtes. **Sed** p̄uſq;
ordinari poſſet morte imatura precep-
tus eſt. **Non** ſolum autem prefata chriſti an-
cilla et abbatissa **Hild**: quā oēs qui noue-
rāt ob inſigne pietatē et gr̄e m̄rem vocare
p̄ſueuerāt: **In** ſuo monasterio vite exēplo
p̄ntib⁹ extitit: ſ; etiā i plūmis long⁹ manē

tibus ad quos felix industrie ac virtutis eius rumor peruenit occasionem salutis et correctōis ministravit. **O**portebat namque impleri omnium quod mater eius **B**regusuid in infantia eius vidit. **Q**ue cum viro eius **H**eritic exulare sub rege britonū **C**erdice qui et veneno periit: vidit per somnium quasi subito sublata cum que quesierit cum omni diligentia: nullūque eius vestigium apparuerit. **C**erū cum solertissime illum quesisset reperire sub veste sua monile preciosissimum: quod dum attentius consideraret tantū fulgore luminis refulgere videbat: ut omnes britanice finis illius gratia splendore impleret. **Q**uod nimirum somnium veraciter in filia eius: de qua loquimur: expressum est. **C**uius vita non sibi solummodo: sed multis bene vivere volentibus exemplum operum lucis prebuit. **C**erū illa cum multis annis huius monasterio pesseret: placuit pro prouisorum salutis nostre sanctam eius animam longa etiam infirmitate carnis examinari ut iuxta exemplum apostoli virtus eius in infirmitate perficeretur. **P**er cussa etenim febribus acriter cepit ardore fatigari. **E**t per septimum annos eadem molestia laborare non cessabat: in quo toto tempore nunquam ipsa vel conditori suo gratias agere vel commissum sibi gregem et publice et privatim docere permittēbat. **N**am suo prelo exemplum monebat omnes et in salute accepta corporis domino obtemperanter seruendū: et in aduersis rebus siue infirmitatibus membrorum fideliter domino esse gratias semper agendas. **S**eptimo ergo sue infirmitatis anno conuerso ad intranea dolore ad deum puenit ultimum. **E**t circa galllicantū: percepto viatico sacrosancte comunione: cum accersitis ancillis christi que erant in eodem monasterio de seruanda eas inuicem: immo cum omnibus pace euangelica amoneret. **I**nter verba exhortationis leta mortē vidit: immo (ut verbis domini loquar) de morte transiit ad vitam. **Q**ua videlicet nocte dominus omnipotens obitū ipsius in alio longius posito monasterio: quod ipsa eodem anno construxerat et appellatur hacanos manifesta visione reuelare dignatus est. **E**rat in eodem monasterio quedam sanctimo-

nialis femina nomine bega que xxx. et amplius annos dedicata domino in virginitate in monachica conuersatione seruiebat. **H**ec tunc in dormitorio sororum pausans audiuit subito in aere notū campanæ sonū quo ad orationes excitari vel conuocari solebant: cum quis eorum de seculo fuisset euocatus: apertisque (ut sibi videbatur) oculis aspexit domus culmine fumam desuper lucem omnia repleuisse. **C**ui videlicet lucido cum sollicita intenderet vidit animam prefate dei famule in ipsa luce comitantibus ac ducentibus angelis ad celum ferri. **C**umque somno excussa videret ceteras pausantes circa se sorores: intellexit vel in somnio: vel in visione mentis ostensurum sibi esse quod viderat. **S**tatimque surgens nimio terrore perterrita cucurrit ad virginem que tunc monasterio abbatisse vice profuit: cui nomen erat **F**rigit: fletuque ac lacrimis multum perfusa: ac suspiria longa trahens nuntiavit matrem illarum omnium **H**ildā abbatissam iam migrasse de seculo. **E**t se aspectante cum luce imensa ducentibus angelis ad eterna lumina lucis et supernorum consortia cunctis ascendisse. **Q**uod cum illa audisset: suscitauit cunctas sorores: et in ecclesia conuocatis orationibus ac psalmis pro anima matris operam dare monuit. **Q**uod cum residuo noctis tempore diligeret agerent venerunt primo diluculo fratres qui eius obitum nuntiauerunt a loco ubi defuncta est. **A**t illi respondentes dixerunt se prius eadem cognouisse: et cum exponerent per ordinem quomodo hec vel quando didicissent inuentum est eadem hora transitum eius illi ostensum esse per visionem. quia illi referēbant et crisse de mundo. pulcraque rerum cordia curatum est diuinitus: ut cum illi exitum eius de hac vita videret: tunc isti introitum eius in perpetuam animarum vitam cognosceret. **D**istant autem inter se monasteria hec xvj. ferme milibus passuum. **F**ertur autem quod eadem nocte in ipso quoque monasterio ubi prefata dei famula obiit cuiusdam virginis in deo deuote que illam immenso amore diligebat obitus illius in visione apparuerit: quod animam eius cum angelis ad celum respexerit atque ipsa que factum est hora huius que secum erant famularum christi manifeste narrauerit: easque

Ecclesiastice historie gētis Anglorū

ad orandū p aīa eius etiam prius q̄ cete
ra congregatio eius obitum cognouisset
excitauerit. Quod ita fuisse factuz mox cō
gregatōi manifeste innotuit. **E**rat em̄ hec
ipsa hora cū alijs nōnullis xp̄iancillis in
extremis monasterij locis seorsum posita
ybi nuper venientes ad p̄uersiōem femi
ne solebant p̄bari: donec regulariter in
stitute in societatem p̄gregationis suscipe
rentur.

Ex in monasterio eius fratri cuidā can
nendi gratia diuinitus sit p̄cessa.

Caplm. XXXIII.

In huius monasterio abbatisse
fuit frater quidam diuina gra
tia specialiter insignis: qui car
mina religioni et pietati apta facere sole
bat: ita ut quicquid ex diuinis litteris p̄ in
terpretes disceret hoc ipse post illū p̄bis
poeticis maxima suauitate et compunctio
ne p̄positis in sua, id est angloz lingua p̄
ferret. Cuius carminibz multoz sepe ani
mi ad p̄temptū seculi et ad appetitum sūt
vite celestis accensi. **E**t quidez et alij post
illum in gente angloz religiosa poemata
facere tēptabant: sed nullus ei equipara
ri potuit. **N**āq̄ ipse nō ab hoibz: neq̄ per
hoiem institutus canēdi artem didicit: s̄
diuinitus adiutus gratis canēdi donū
accepit. **U**nde nihil vnq̄ fr̄is oīl et sup̄ua
cūe poematis facere potuit: sed ea tantū
modo que ad religionem pertinet religio
sa lingua docebat. **S**iquidem in habitu
seculari vsq̄ ad t̄pa p̄fectioris etatis p̄sti
tutus nil carminū aliquando didicerat.
Unde nōnunq̄ in cōuiuio cū esset leticie
causa decretum ut om̄s p̄ ordinem canta
re deberent: ille ybi appropinquare sibi ci
tharam cernebat surgebat a media cena et
egressus ad suaz domū residebat. **Q**uō dū
t̄pe quodam faceret et relicta domo cōul
tū egressus esset ad stabula iumentoz q̄
rū ei custodia nocte illa erat delegata: ibiq̄
hora competentī membra dedisset sopori
astitit ei quidam p̄ somnū: eūq̄ salutans
a suo appellās noīe **C**ednom inquit can
ta mihi inquit. **A**t ille respōdit. nescio in
quit cantare. **N**ā et ideo de p̄uiuio egres
sus huc secessi: quia cantare nō poteram.
Rursum ille qui cum eo loquebat. **A**ta

men aut cātare mihi habeo. **Q**uid inquit
habeo cantare? **A**t ille. **C**anta inquit p̄
cipiū creaturari. **Q**uo accepto responso
statim ipse cepit cantare in laudem dei cō
ditoris versus quos nūq̄ audierat. quoz
rū iste est sensus. **N**ūc laudare debemus
auctorem regni celestis: potentiam crea
toris et p̄sulum illius facta patris glorie.
Quō ille cum sit eternus deus oim̄ mira
culoz auctor extitit: qui p̄mo filijs hoim̄
celum p̄ culmine tecti: dehinc terrarū cun
ctos humani generis omnipotens crea
uit. **H**ic est sensus nō autē ordo ipse ver
boz que dormiēs ille canebat. **N**eq̄ em̄
possunt carmina q̄uis optime composi
ta et alia in aliam linguam ad verbū sine
detrimēto sui decoris ac dignitatis trās
ferri. **E**xurgens autē a somno cuncta que
dormiēs cantauerat memoriter retinuit
et bis mox plura in eundem modū verba
deo digni carminis adiunxit. **V**eniensq̄
mane ad yllū qui sibi p̄erat quid donū
p̄cepisset indicauit: atq̄ ad abbatissam p̄
ductus iussus est multis doctis viris p̄e
sentibus indicare somnū: et dicere carmē
ut vniuersoz iudicio quid vel vnde esset
quōd referebat p̄bare. **U**llūm̄q̄ est om̄ibz
celestem ei a dño concessam esse gratiam
exponebantq̄ illi quēdam sacre historie
siue doctrine sermonē: p̄cipientes eum si
posset hūc in modulationē carminis trās
ferre. **A**t ille suscepto negotio abiit: et ma
ne rediens optimo carmine quō videbat
compositum reddidit. vnde mox abba
tissa amplexa gratiam dei in viro secula
rem illū habitum relinquere et monachū
cū suscipere postuz docuit. **S**usceptūq̄
in monasteriū cum omnibus suis frates
cohorti associauit: iussitq̄ illum seriem sa
cre historie doceri. **A**t ipse cuncta que au
diendo discere potera: rememorādo se
cum quasi mundū animal ruminando in
carmen dulcissimū cōuertebat. **I**uauitq̄
resonando doctoz suos vicūm audi
tores faciebat sui. **C**anēbat autē de creatio
ne mundi et origine humani generis: et to
ta **G**enesis historia: et egressu isrl̄ ex egypto
et ingressu in terram repromissionis.
De alijs plurimis sacre sc̄pture historie
De incarnatione: dñica passione: reuere

etione: et ascensione in celum: de aduentu spiritus sancti: et apostolorum doctrina. Item de terrore futuri iudicii: et horrore pene generalis: ac dulcedine regni celestis multa carmina faciebat. Sed et alia plura de beneficiis et iudiciis diuinis: in quo cunctos homines ab amore sceleris abstrahere: ad dilectionem vero et solertiam bone actionis excitare curabat. Erat enim vir multum religiosus et regularibus disciplinis humiliter subditus. Aduersus vero illos qui aliter facere volebant zelo magni feruoris accensus. unde et pulcro vitam suam sine concluso. Nam prope horam sui discessus pluribus diebus preueniente corporea infirmitate pressus est: adeo tamen et loqui toto tempore posset et ingredi moderate. Erat autem prima casa in qua infirmiores et qui prope morituri esse videbantur induci solebant. Rogauit ergo ministrum suum vespere incubente nocte qua de seculo esset transiturus ut in ea sibi locum quietiendi prepararet. Qui miratus cur rogaret qui neque adhuc mortuus esse videbatur: fecit tamen quod dixerat. Cum ibidem posset vicissim aliquo gaudente a se cum eis qui ibidem antea inerat loqueretur ac iocarentur: et iam medie noctis temporis esset transiens: Interrogauit si eucharistiam intus haberet. Respondit quid opus est eucharistiam neque enim mori adhuc habes qui tam hilariter nobiscum velut sospes loqueris. Rursum ille ait. Afferte mihi eucharistiam. Qua accepta in manu interrogauit: si oes placidam erga se animam et sine querela controuersie ac rancoris haberent. Respondebant omnes: placidissimam se mentem ad illum et ab omni ira remotam habere: cumque vicissim rogabat placidam erga ipsos mentem habere. Qui contestim respondit. Placidam ego mentem filiioli erga omnes famulos dei gero. Sicque se celesti munitis viatico vite alteri ingressus parauit. Et interrogauit quae prope esset hora qua fratres ad dicendas domino laudes nocturnas excitari deberent. Respondebat. Non longe est. At ille. Bene ergo. Expectem horam illam. Et signans se signo sancte crucis reclinauit caput ad ceruicem: modicumque obdormiens ita cum silentio vitam fin-

niuit. Sicque factum est ut quomodo simplici ac pura mente tranquillaque deuotione domino seruierat: ita etiam tranquilla mortua mundum relinquens ad eius visionem veniret. Illaque lingua qua tot salutaria verba in laudem conditoris composuerat: vltima quoque verba in laudem ipsius signando sese et spiritum suum in manu eius commendando clauderet, qui etiam prescius sui obitus extitisse et hijs que narrauimus videret. Qualis visio cuiusdam viro dei apparuerit postquam monasterium Colodane vrbis esset incendio consumptum.

Capitulum XXV.

His temporibus monasterium vrbis quod Colodiurbem cognominant: cuius et supra meminimus: per culpam in curie flammis absumptum est. Quod tamen a malicia inhabitantium in eo et precipue illorum qui maiores esse videbantur contigisse omnes qui nouere facillime poterunt aduertere. Sed non defuit puniendis ammonitio diuine pietatis: quae correcti per ieiunia fletusque preces: iram a se instar animularum iusti iudicis auerterent. Erat namque in eodem monasterio vir de genere scotorum Adamanus vocabulo ducens vitam in continentia et orationibus multum deo deuotam: ita ut nil unquam cibi vel potus: excepta die dominica et quinta sabbati: perciperet. Sepe autem noctes intergras vigiliis in oratione transiret. Que quidem illi districtio vite artioris primo ex necessitate emendande sue prauitatis obuenerat: sed procedente tempore necessitatem in consuetudinem verterat. Siquidem in adolescentia sua sceleris aliquid commiserat: quod commissum vbi ad cor suum rediit grauissime exhorruit: et se pro illo puniendum a districto iudice timebat. Accedens ergo ad sacerdotem a quo sibi sperabat iter salutis posse demonstrari confessus est reatum suum: petiitque ut consilium sibi daret quo posset fugere a ventura ira. Qui audito eius commissio dixit. Grande vulnus gradioris curam medele desiderat: ideo ieiunijs psalmis et orationibus quantum vales insiste: quo preoccupando faciem domini in confessione propitium eum inuenire merearis. At ille quem nimis ree conscientie tene

Ecclesiastice historie gētis Anglorū

bat dolor: et internis peccatorū vinctulis quibus grauabat otius desiderabat absolui. **A**doleſcētor sum inquit etate et vegetus corpore: quicquid mihi imposueris agendum dūmodo saluus fiam in die domini totum facile feram: etiā si totam noctem stando in precibus: si integram septimanā iubeas abstinēdo. **Q**ui dixit. **M**ultum est vt tota septimana absq; alimento corporis perdures: sed biduanum vel triduanum satis est obseruare ieiuniū. **H**oc facto donec post modicum tempus rediens ad me quid facere debeas: et quod penitentie insisterere tibi plenius ostendam. **Q**uibus dictis et descripta sibi mēsurā penitendi abijt sacerdos. **E**t ingruente causa subita secessit hyberniā vnde originē duxerat: neq; vltra ad eum iuxta suum cōdictum redijt. **A**t ipse memor precepti eius simul et promissi sui totum se lacrimis penitentiā vigilijs sanctis et continentia mācipauit: ita vt quinta solum sabbati et dominica sicut predicti reficeretur: ceteris septimane diebus ieiunus pmaneret. **C**ūq; sacerdotem suum hyberniā secessisse: ibiq; defunctum esse audisset: semp ex eo tempore iuxta cōdictum eius memoratum continentie modum obseruabat. **E**t quōd causa diuini timoris semel ob reatum cōpunct' ceperat: iam causa diuini amoris delectatus premijs inde festus agebat. **Q**uod dum multo tempore sedulus exqueretur cōrigit eum die quadam de monasterio illo longius egressum comitante secum vno de fratribus: peractoq; itinere redire. **Q**ui cum monasterio propinquarent et edificia illi' sublimiter erecta aspicerent: solutus est in lacrimas vīr dei: et tristitiā cordis vultu indice pdebat. **Q**uod intuens comes quare faceret inquisiuit. **A**t ille. **T**ūcta inquit hec que cernis edificia publica vel priuata in primo estus ignis absumens in cinerem conuertet. **N**ō ille audiens mox vt intrauerunt monasteriū matri congregatōis vocabulo **E**bbe curauit indicare. **A**t illa merito turbata de tali presagio vocauit ad se virum: et diligentius ab eo rem vel vnde hoc ipse nosset inquirebat. **Q**ui ait. **N**uper preoccupatus noctu vigilijs et psalmis vidi astantem

mibi subito quendam incogniti vultus: cuius presentia cum essem exterritus dixit mihi: ne timerem et quasi familiari me voce alloquens: **B**enefacis inquit quia tpe isto nocturno quietis non somno indulgere: sed vigilijs et orationib' insistere valuiti. **E**t ego. **N**oui inquit multum mihi esse necesse vigilijs salutaribus insistere: et pro meis erratib' sedulo dominū deprecare. **Q**ui adijciens: **V**erum inquit dicis quia tibi et multis opus est peccata bonis operibus redimere: et cum cessant a laboribus rerum temporalium tunc pro appetitu eternorum bonorum liberius laborare: sed hoc tamen paucissimi faciunt. **S**i quidem modo totum hoc monasteriū ex ordine perlustrans singulorum casas ac lectos inspexi: et neminem ex omnibus pter te erga sanitatem anime sue occupatū reperi: et omēs procius viri et femine: aut somno torpent inertē: aut ad peccata vigilant. **N**am et domicule que ad orandum vel legendum facte erant: nunc in cōmestrationum: potationum: fabulationum: et ceterarum sunt illecebarum cubilia conuerse. **V**irgines quoq; deo dicte cōtempa reuerentiā sue professionis quotienscunq; vacant texēdis subtilioribus indumentis operant dant quibus aut seipsas ad vicem sponsarum in periculū sui stat' adornent: aut externorū sibi viroz amicitiam comparent. **U**nde merito loco huic et habitatoribus eius grauis de celo vindicta flāmis sententibus pparata est. **D**ixit autē abbatissa. **E**t quare non tuis hoc compertū mihi reuelari voluisti? **Q**ui respondit. **T**imui propter reuerentiā tuam ne forte nimium conturbareris. **E**t tamen hanc cōsolatōem habeas q; in diebus hec tuis plaga nō supuentet. **Q**ua diuulgata visionē aliquantum loci accole paucis diebus timere: et seipis intermissis facinoribus castigare ceperūt. **V**erū post obitū ipsius abbatisse redierūt ad pristinas fortēs: immo sceleratiora fecerunt. **E**t cū dicerēt par et securitas: exemplo prefate vltionis sunt pena mulctati. **Q**ue mihi cum cta sic esse facta reuerēdissim' meus cōpresbyter **E**dgis referebat qui tūc in illo monasterio degebat. **P**ostea autē discedē

ribus inde ob desolationē plurimis inco-
larū in nostro monasterio plurimo tēpo-
re cōuersatus ibidēq; defunctus est. **Hec**
ideo nostre hystorie inserenda credidim⁹:
vt admoneremus lectorē operū dñi q̄ ter-
ribilis in cōsilijs super filios hominū: ne
forte nos tēpore aliquo carnis illecebris
seruātes: minusq; dei iudiciū formidans
tes repentina ira eius corripiat: z vel tem-
poralibus damnis iuste sentens affligat:
vel ad perpetuam perditionem districti⁹
exanimans tollat.

De morte **Eggridi z Lotheri regum:**
Capitulum. XXVI.

Anno dñice incarnationis. d. c.
lxxxiiij. **Eggrid rex** Norðan-
himbrozū misso hybernā cum
exercitu duce **Berecto** vastauit misere gē-
tem innoxā z nationē angloz semp am-
icillimā: ita vt in ecclesijs quidem: aut mo-
nasterijs manus parceret hostilis. at insu-
lam z quantū valere armis arma repel-
lebant. **Et** inuocātes diuine auxiliū pie-
tatis celitus se vindicari p̄tinuis deuī pre-
cationibus postulabant. **Et** quibus male-
dicti regnū dei possidere nō possunt **Cres-**
ditum tamen est q̄ hī qui merito imple-
tati sue maledicebant ocūs penas sui rea-
tus luerent. **Siquidē** anno post hunc p-
ximo idem rex cum temere exercitū ad va-
standum **Pictoz** p̄uincā duxisset: multū
phibentibus amicis: z maxime beate me-
morie **Cuthberecho** q̄ nuper fuerat ordi-
natus ep̄s: **Introductus** est simulātibus
fugam hostibus in angustias inaccessoz
montium: z cum maxima parte copiarum
quas secū adduxerat extinctus: anno eta-
tis sue. xl. regnū aut. xv. die tertio decimo
klarū iuniarū. **Et** quidē vt dixi phibue-
runt amici ne hoc bellū iniret: sed qm̄ an-
no p̄cedente noluerat audire reuerēdissi-
mū **Eggberechtū** ne **Scocclā** nll se ledē-
tē impugnaret: **Datū** est illi ex pena pe-
ccati illius ne tunc eos qui ip̄m ab interitu re-
uocare cupiebāt audiret. **Ex** quo tempo-
re spes cepit z virtus regnū angloz fluere
ac retro sub lapsa referri. **Ham** z **picti** ter-
ram possessionis sue quā tenuerūt **Anglī**
z **Scoccl** qui erant in **Britāntā**: **britonū**
quoq; pars nō ylla libertates receperunt

quā et hactenus habent p̄ annos circiter
xliij. **Ubi** inter plurimas gentes **Anglo-**
rū vel interemptos gladio: vel seruitio ad-
dictos: vel de terra **Pictoz** fuga lapsos:
Etiam reuerendissimus vir domini **Tru-**
muini qui in eos ep̄iscopatū acceperat: re-
cessit cū suis qui erant in monasterio **Eb-**
bercurni: posito quidem in regione **An-**
gloz sed in vicinia freti qd̄ **Anglorū** ter-
ras **Pictozū**q; determinat. eosq; vbi cū-
q; poterat amicis per monasteria commē-
dans ip̄e in sepe dicto famulozū famula-
rūq; dei monasterio qd̄ vocat **Streaten-**
halch locū māstionis elegit. **Ibi**q; cū pau-
cis suoz in monachica districtione vitam
nō sibi solūmodo: sed z multis vtilē plu-
rimo annoz tpe duxit. **Ubi** etiā defunct⁹
in ecclesia beati **Petri** apl̄i iuxta honorē
z vitā z gradū eius p̄dignū conditus est.
Præerat quidē tunc eidem monasterio re-
gia virgo **Elsec**: vna cū matre etiā **Flec-**
de: quarū supra fecimus mentionē. **Sed**
adueniēte illuc ep̄o maximū regendū auxi-
liū simul z sue vite solatiū deuota deo do-
ctrix inuenit. **SUCCESSIT** autē **Eggrido** in
regnū **Alfrid** vir i scripturis doctissim⁹ q̄
frater eius z filius **Diuini** regis esse dice-
batur. **Destructū**q; regnū statū q̄uis intra
fines angustiores nobiliter recuperauit.
Quo videlicet anno qui est ab incarnatio-
ne dñice. d. c. lxxxv. **Lothert** cantuariorū
rex cū post **Eggberechtū** fr̄em suū q̄ nouē
annis regnauerat ip̄e duo decim annis re-
gnasset mortuus erat. viij. idus februarij
vulneratus namq; est in pugna **Australiū**
Saxonū quos cōtra eū **Edric** filius **Eg-**
gberechti aggregarat: z intermedendū de-
functus. **Ac** post eū idem **Edric** āno vno
ac dimidio regnauit. **Quo** defuncto regnū
illud aliq̄d t̄pis spaciū reges dubij vel ex-
terni disperdiderūt: donec legitimus rex
Uitred id est fili⁹ **Eggberechti** p̄fortat⁹
in regno religione simul z industria gen-
tem suaz ab extranea inuassione liberaret.
Ut vir dñi **Ludberechtus** sit ep̄s: **U**t
q̄ in monachica adhuc vita p̄situs vixit
rit vel docuerit: **Capitulum. XXVII.**

In eo etiā anno quo finē vite ac-
cepit rex **Eggrid** ep̄m: vt dixi-
mus: fecerat ordinari **Lidifar**

Ecclesiastice historie gētis Anglorū

nenſiū eccleſie virū ſanctū z venerabilem
Cudberechtū: qui inſula permodica que
appellat̄ **Farne**: z ab eadē eccleſia ferme
milibus paſſuū in oceano procul abeſt:
vitam ſolitaria p̄ annos plures in magna
corporis et mentis continentia duxerat:
Qui quidem a p̄ma etate puericia ſtudio
religioſe vite ſemp̄ ardebat. **Sed** ab ineū
te adoleſcentia monachiū z nomē aſſum
pſit z habſtū. **Intrauit** autē p̄mo monaſte
riū **Hailros**: qđ in ripa **Tuidi** flum̄is
poſitū: tunc abbas **Eata** vir oim̄ manſue
riſſimus ac ſimpliciſſimus gerebat. **Qui**
p̄pterea ep̄s **Hagustaldēſis** ſive **Lindis**
farnēſis eccleſie factus eſt: vt ſupra memo
rauimus. **An** tempore illo p̄poſit̄ **Boſ**
ſil magnarū virtutū z p̄phetici ſp̄ritus ſa
cerdos fuit. **Huius** diſcipulatuſ **Cudbe**
recht humiliter ſubditus: z ſcientiā ab eo
ſcripturarū: z bonoz operū ſumpſit exem
pla. **Qui** poſtq̄ migrauit ad dñm **Cud**
berecht eidem monaſterio factus eſt p̄po
ſitus: plures z auctoritate magiſtri z exē
plo ſue actionis regularem inſtituebat ad
vitam. **Nec** ſolū ip̄o monaſterio regulari
vite moniſta ſimul et exēpla prebebat: ſed
et vulgus circūpoſitū longe lateq̄ a vita
ſtulte p̄ſuetudin̄is ad celeſtiū gaudioz cō
uertere curabat amorē. **Nam** multi fidē
quā habebant iniquis profanabant ope
ribus: z aliqui etiā tpe mortalitatis negle
ctis fidel̄ ſacramēt̄: quibus erant imbuti
ad erratica idolatrie medicamina cōcur
rebant: quaſi miſſā a deo cōditore plagā
p̄ incantationes vel ſilateria: vel alia que
libet demoniace artis archana cohibere
valerent. **Ad** vtroq̄q̄ ergo corrigendum
errore crebro ip̄e de monaſterio egreſſus
aliquotiens equo ſedens: ſed ſepius ped̄
bus incedens circūpoſitas veniebat ad
villas: z viā veritatis p̄dicabat errantibz
qđ ip̄m etiā **Boſſil** ſuo tempore facere
cōſueuerat. **Erat** quippe moris eo tempo
re populis **Angloz** vt veniēte in villam
clerico vel p̄ſbytero cōfluere cūcti ad
eius imperiū verbū audiri libēter: ea q̄
dicerent audirent libentius: que audire z
intelligere poterant operādo ſequerentur.
Porro **Cudberecht**o tanta erat dicendi
perſtia: tantus amor p̄ſuadendi que cepe

rat: tale vultus angelici lumen vt nullus
preſentiū latebras ei ſui cordis celare pre
ſumeret: quin oēs palam que geſſerat cō
ſitendo p̄ferrent: quia nimirū hec eadem
villū latere vllō modo putabant: z cōfeſſa
dignis vt imperabat penitēte fructibz ab
ſtergerent. **Solebat** autē ea maxime loca
pagrare z illis p̄dicare in vinculis: qui in
arduīs aſperſq̄ montibus procul poſiti
alijs horroz̄ erant ad viſendū: z paupertate
pariter ac ruſticitate ſua doctoz arcebant
acceſſum. **Quos** tamē ille libēter pio mā
cipatus labore tanta doctrine ſolertis ex
colebat industria: vt de monaſterio egreſ
ſus ſepe ebdomada itēgra: aliquādo dua
bus vel tribus. nonnunq̄ etiā menſe ple
no domū nō rediret. **Sed** demoratus in
montanis plebem ruſticā verbo p̄dicatio
nis ſimul z opere virtutis ad celeſtia vo
caret. **Cū** ergo venerabilis dñi famulus
multos in **Hailroſenſi** monaſterio des
gens annos magnis virtutū ſignis efful
geret tranſtulit eū reuerēdiſſimus abbas
ip̄ius **Eata** ad inſulā **Lindisfarnenſiū**: vt
ibi quoq̄ fratribz cuſtodia diſciplinere
gularis z auctoritate p̄poſiti intimaret: et
p̄pria actione p̄monſtraret. **Nam** et ip̄m
locū tunc idem reuerēdiſſim̄ pariter ab
batis iure regebat. **Siquidē** a temporibz
ſbideſ antiquis z ep̄s cū clero: z abbas
ſolebat manere cū monachis: qui tamē z
ip̄i ad curam ep̄i familiariter pertinereſ.
Quia nimirū **Aidan** qui p̄ſmus eius lo
ci ep̄s fuit cū monachis illuc z ip̄e mona
chus adueniēs monachiā i eo p̄uerſatio
nem inſtituit: ſcribēte ei reuerēdiſſimo pa
pa **Gregorio**: qđ z ſupra poſuim̄. **Sed**
quia tua fraternitas inquit monaſterij re
gulis erudita ſeorſum fieri nō debet a cle
ricis ſuis in eccleſia **Angloz** que nuper
auctore deo ad fidē p̄ducta eſt: hāc debet
cōuerſationē inſtituere que in initio naſcē
tis eccleſie fuit patribz noſtris: in quibz
nullus eorum ex hīs que poſidebāt ali
quid ſuū eſſe dicebat: ſed erant eis omnia
cōmunia.
Ut idem in viſta **Anatheorica** et fonte
de ſaxoſa terra orando p̄duxerit: z ſegetē
de labore manuū yltra tempus ſerendi ac
ceperit: **Capitulum. XXXVIII.**

E hinc Cudberecht crescentibus
meritis religiose intentionis ad
Anatheorice quoque cōtemplat
tionis: que diximus silentia secreta perue
nit. Verū quia de vita illius et virtutibus
ante annos plures sufficēter et versibus
heroicis et simpliciter oratione conscripsim⁹
Hoc tamen in presenti cōmemorare satis
sit quod aditurus insulā prestatum est fratribus
dicēs. Si mihi diuina gratia in loco illo
donauerit ut de opere manuum mearum vi
uere queam libens ibi morabor: sin alias
ad vos citissime deo uolente reuertar. Erat
autē locus et aqua prius et frugibus et ar
boribus inops: sed et spirituum malignorum
frequentia humane habitationi minus ac
cōmodus: sed ad votum uiri dei habitabilis
lū p̄ omnia factus est. Si quidem ad adue
tum eius spiritus recesserunt maligni. Cui autē
ipse sibi ibidem expulsi hostibus mansio
nem angustiā circūuallente aggere et dor
mus in ea necessarias iuuante fratrum ma
nu id est oratoriu et habitaculū cōmune
cōstruxisset. Iussit fratres in eiusdem habi
taculi pavimento foueā facere. Erat autē
tellus durissima et saxosa: cui nulla oīno
spes uene fontane uideret inesse. Quōd dū
faceret ad fidem et preces famuli dei alio
die aqua plena iuuetā est: que usque ad hāc
diem insufficientē cūctis illo aduentibus
grē sue celestis copiam ministraret. Sed
et ferramēta sibi ruralia cū frumento affer
ri rogauit, quōd dum p̄parata terra tempo
re cōgruo seminaret nil oīno nō dico sp̄s
carū: sed ne herbe quidem ex eo germinari
usque ad estatis tempora cōtigit. Unde uir
sitatibus se ex more fratribus hordeū sus
sit afferri: si forte uel natura soli illius: uel
uolūtas esset superni largitoris ut illius
frugis ibi potius seges oriret. Quōd dum si
bi allatū ultra omne tempus serēdi: ultra
oem spem fructificādi eodem in agro sere
ret: mox copiosa seges exorta desiderata
proprij laboris dei refectione prebebat.
Cui ergo ibidem multis annis deo solita
rius seruiret: tanta autē erat altitudo agge
ris quo māsio eius erat uallata ut celum
tū ex ea cuius introitum sinebat aspicere
posset. Corripit ut cōgregata synodo non
pua sub p̄ntia regis Ecgfridi iuxta flumiū

Alne in loco qui dicitur ad Luffirdi quod
significat ad duplex uadū. Cui beate me
morie Theodorus archiep̄s p̄siedebar
ynanimo oīm consensu ad episcopatum
ecclesie Lindisfarnensis eligeret. Qui cū
multis legatariis: ac litteris ad se p̄missis
nequaquam suo monasterio posset erui: tan
dem rex ipse p̄fatus una cū sc̄tissimo anti
stite Trumwine: necnon et alijs religiosis
ac potētibus uiris in insulā nauigauit. Co
ueniūt et de ipsa insula Lindisfarnensi in
hoc ip̄m multi de fratribus: genua flectūt:
omnes adiurant per deum: lacrimas fun
dūt: obsecrāt: donec ip̄m quoque lacrimis
plenū dulcibus extrahūt latebras atque in
synodum p̄trahunt. Qui dum perueniret
quis multū renitēs ynanimi cūctorū uo
lūate superat: atque ad suscipiendū ep̄atus
officiū collū submittere cōpellit. Eo ma
xime uict⁹ sermone quod famulū dei Boisil
cū mente p̄phetica cuncta que ei essent su
peruentura patefaceret: antistite quoque cū
futurū esse p̄dixerat. Necnon statim or
dinatio decreta: sed pacta hyeme que imi
nebat in ipsa solēnitate paschali completa
est Eborac̄ sub p̄sencia p̄fati regis Ecg
fridi: conuentibus ad p̄secrationē eius
vii. ep̄is: in quibus beate memorie Theo
dorus primatū tenebat. Electus est autē
primo in ep̄atum Bagustaldēsis ecclesie
p̄ Trumberechto qui ab ep̄atu fuerat de
positus. Sed quā ipse plus Lindisfarnēsi
ecclesie in qua conuersatus fuerat dilexit
p̄fici: placuit ut Eata reuerso ad sedem
ecclesie Bagustaldēsis cui regendo p̄mo
fuerat ordinat⁹ Cudberecht ecclesie Lin
disfarnensis gubernacula susciperet. Qui
susceptum episcopatus gradum ad imita
tionem beatorum apostolorum uirtutū
ornabat operibus. Cōmissam namque sibi
plebem et orationibus protegebat assiduīs
et amonitionibus saluberrimis ad celestia
uocabat. et quōd maxime doctores iuuare
solet: ea que agēda docebat ipse prius agē
do p̄monstrabat. Erat quippe ante oīa
diuine caritatis igne feruidus: patientie
uirtute modestus: orationū deuotarū so
lertissime uite intentus: affabilis omnibus
qui ad se consolationis gratia ueniebant.
Docipm quoque orationis loco dicens si

Ecclesiastice historie gētis Anglorū

infirmis fratribus opem sue exhortationis tribueret. Sciensq; qui dixit: Diliges dominum deum tuum: Dixit et diliges proximum. Erat abstinentie castigatione insignis: erat gratia propitiationis semper ad celestia suspensus. Duobus autem annis in episcopatu pacis repetijt insulam ac monasterium suum diuino amonitus oraculo, quia dies sibi mortis vel vite magis illius que sola vita dicenda est iam appropiaret introitus: sicut ipse quoque tempore eodem nonnullis sed verbis obscurioribus que tamen postmodum manifeste intelligerent solita sibi simplicitate pandebat: quibusdam autem hoc idem etiam manifeste reuelabat.

¶ Ut idem episcopus iam obitum suum proxime futurum Heribrechtio predixit:

Capitulum. XXIX.

Hrat autem presbyter vite venerabilis nomine Heribrecht tam dudum viro de spiritualis amicitie federe copulatus qui in insula stagni illius per grandis: de quo deuotionis suorum primordia erupunt: vitam ducens solitaria: annis singulis eum visitare: et monita perpetue ab eo salutis audire solebat. Hic cum audiret eum ad ciuitatem Luguballam deuenisse venit ex more cupiens salutaribus eius exhortationibus ad superna desideria magis magisque accendi. Qui dum sese alterutrum celestis vite poculis obrearet: dixit inter alia antistes, Memoro frater Heribrecht ut modo quicquid opus habes me interroges: mecum loquaris. Postquam enim abinulcem digressi fuerim: non ultra nos in hoc seculo carnis obtutibus inuicem aspiciemus. Certus sum namque quod tempus mee resolutionis instat: et velocius est depositio tabernaculi mei. Qui hec audies, puolutus est eius vestigijs: et susus cum gemitu lacrimis. Obsecro inquit per dominum ne me deseras: sed tui memor sis fidelissimi sodalis: rogesque supernam pietatem ut cui simul in terris seruiuumus ad eius videndum gratiam simul transeamus ad celos. Postquam enim quod ad tui oris imperium semper viuere studui, et quicquid ignoratia vel fragilitate deliqui: eaque ad tue voluntatis examen mox emendare curauim. Incubuit precibus antistes: statimque edoctus in spiritu impetrasse se quod petebat

a domino. Surge inquit frater mihi et noli plorare: sed gaudio gaude: quod quod rogauimus supna nobis clementia donauit. Cuius promissi et prophetice veritate sequens rerum astruxit euentus, quia et digredientes abinuitate non se ultra corporaliter viderunt, sed vno eodemque die hoc est, xij. clarum aprilis egredientes e corpore spiritus eorum mox beata inuicem visione coniuncti sunt: atque angelico ministerio pariter ad regnum celeste translati. Sed Helberecht diuina per infirmitate decoquitur illa ut credibile est dispensatione domine pietatis ut si quod minus haberet meriti a beato Ludberecho suppleret hoc castigans longe egritudinis dolor: quatenus equat gratia suo intercessori: sicut vno eodemque tempore cum eo de corpore egredi: ita etiam vna atque indissimili sede perpetue beatitudinis merisset recipi. Obijt autem pater reuerendissimus in insula Farnie: multum deprecatus fratres ut ibi quoque sepeliret vbi non paruo tempore pro domino militaret. Attamen tandem eorum precibus victus assensum dedit ut ad insulam Lindisfarnensium relatus in ecclesia deponeretur. Quod dum factum esset episcopatum ecclesie illius anno vno seruabat venerabilis antistes Vilfridus donec eligeretur qui per Ludberecho antistes ordinari deberet. Ordinatus est autem post hec Eadbrecht vir scientia scripturarum diuinarum: simul et preceptorum celestium obseruans: ac maxime elemosinarum operatione insignis ita ut iuxta legem omnibus annis decimam non solum quadrupedum: veruetiam frugum omnium atque pomorum necnon et vestimentoorum partem pauperibus dedit.

¶ Ut corpus illius per. xj. annos sepulture corruptionis immune reperitum: Utque non multo post successor episcopatus eius de mundo transierit: **Capitulum. XXX.**

Volens autem latius demonstrare diuina dispensatio quanta in gloria vir domini Ludberecht post mortem viuere cuius ante mortem vita sublimis erat crebris etiam miraculorum patebat indicijs: transfactis sepulture eius annis. xj. inmisit aio fratrum ut tollerent ossa illius. Qui mox mortuorum consumpto iam et in puluerem redacto corpore reliquo sicca inuenteda putabat: atque in nouo recondita

loculo in eodē quidē loco: sed supra pau-
mentū digne venerationis gratia locarēt.
Quōd vñ sibi placuisse Eadberecto anti-
stite suo referret̄ anuū p̄silio eoz iussitq̄ vt
die depositionis eius hoc facere meminis-
sent. **F**ecerūt aut̄ ita. **E**t aperientes sepul-
crū inuenerūt corpus totū q̄si adhuc viue-
ret integrū: et flexibilibz artuū p̄paginibz
multo dormienti q̄ mortuo simili. **S**ed
et vestimēta oīa q̄bus indut̄ erat nō solū
intemerata: verū etiā p̄sca nouitate et clas-
situdine mirāda patebāt. **Q**uōd vbi videre
fratres nūmo mor̄ timore percussi festinaue-
runt referre antistiti que inuenerant. **Q**ui
cum forte in remotiori ab ecclesia loco re-
suis vñdīq̄ pelagi fluctibz cinctus solita-
rius manebat. in hoc etem̄ semp̄ q̄drages-
sime tempus agere: in hoc q̄draginta ante
dñici natalis dies in magna p̄tēntie ora-
tionis et lacrimarū deuotione trāsire so-
lebat. **I**n quo etiā venerabilis p̄decessor
eius Eadberect p̄sūs q̄ in silā **F**arne pe-
teret alīq̄dū secretus dño militabat. **A**t
tulerūt aut̄ ei et partem̄ indumentī que cor-
pus sc̄m̄ ambierūt. que cū ille et munera
gratāter acciperet et miracula libēter audi-
ret. **N**ā et ip̄a indumēta q̄si patris adhuc
corporei circūdata miro deosculabā f̄ affe-
ctu. **N**oua inquit indumenta corporei pro-
hibz que tulistis circūdate: et sic reponite
in arcam quā parastis. **S**cio aut̄ certissi-
me q̄ nō diu vacū remanebit locus ille q̄
tanta miraculi celestis gr̄a sacrat̄ est. **E**t
q̄s beatus est cui in eo facultate: quiescēt
dñs totū b̄titudinis auctor atq̄ largitor
prestare dignabit̄. **H**ec et huiusmōi plura
vbi multis cū lacrimis: et magna p̄p̄ctio-
ne antistes lingua etiam tremēte p̄pleuit.
Fecerūt fratres vt iusserat: et inuolutū no-
uo amictu corpus: nouaq̄ in theca recon-
ditū supra pauimentum sanctuarij posue-
runt. **N**ec mora deo dilectus antistes
Eadberect morbo correptus est acerbo
ac p̄ dies crescēte multūq̄ ingrauescēte ar-
dore lāguoris nō multo post id est nonas
malas etiā ipse migrauit ad dñm. **C**uius
corpus in sepulcro b̄ndicti p̄s Eadbere-
cti ponētes apposuerūt desup̄ arcam in
qua incorrupta eiusdē patris mēbra loca-
uerūt. **I**n quo etiā loco signa sanitatū ali-

quot dies facta meritis amboz testimo-
niū ferunt. **E**t quibus aliqua in libro vite
illius olim memorie mādauimus. **S**ed
et in hac historia quedā q̄ nos nup̄ audis-
se cōrigit superadīcere cōmodū duxim̄.
Ut quidam a d tumbā eius sit a para-
lisi curatus: **C**ap̄lm̄. **XXXI.**

Et in eodē monasterio frater
quidā noīe Baldudegn. tpe nō
pauco hospitij ministerio des-
seruēs: qui nūc vsq̄ sup̄ est: testimoniu ha-
bens ab vniuersis fratribz: cūctiq̄ sup̄
nīctibus hospitibz q̄ vñ esset multe p̄cia-
tis ac religionis: **I**nunctoq̄ sibi officio:
sup̄ne m̄ mercedis gr̄a subdit̄. **H**ic cū q̄-
dā die lenas: siue sagas quibz in hospitali
vtebat̄ in mari lauisset: rediēs domū repē-
tina medio itinere molestia tactus: ita vt
corruēs in terrā: et aliq̄dū p̄nus iacēs vñ
tandē resurgeret. **R**esurgēs at̄ sensit̄ dimi-
diā corp̄is sui p̄tē: a capite vsq̄ ad pedes.
palis lāguore dep̄saz. **E**t maxie cū labo-
re baculo intēs domū puenit. **C**rescebat
morbo paulatim. et nocte sup̄ueniēte ḡuloz
effect̄ est: ita vt die redeūte vñ ip̄e p̄ se ex-
urgere aut̄ icedere valeret. **Q**uo affect̄ in
cōmodo p̄cepit vtile mētī p̄siliū: vt ad ec-
clesiā q̄quo mō posset puenēs: intraret ad
tumbā reuerendissimi p̄s Eadberecti:
ibiq̄ genibz flexis sup̄plex sup̄nā p̄ciatē
rogaret: vt vñ ab huiuscemōi languore: si
sibi vtile esset liberare: vel si tali mole-
stia diutius castigari diuina p̄uidēte gr̄a
opteret: patiēter dolorē ac placida mente
sustineret illatum. **F**ecit igit̄ vt aīo dispo-
suerat. et ibecilles art̄ baculo sustentās in-
trauit ecclesiā: ac p̄sternēs se ad corp̄ vñ
dei: pia intēctione p̄ eī auxiliū dñm sibi fie-
ri p̄p̄tū p̄cabat̄: atq̄ inter p̄ces velut in
sopore solut̄: sensit̄ vt ip̄e postea referre
erat solit̄. q̄si magnā latāq̄ manū: caput
sibi in p̄te q̄ dolebat tetigisse. eodēq̄ tactu
in illā q̄ lāguore p̄sca fuerat corp̄is sui p̄tē
paulatim fugiēte dolore: ac sanitate subse-
quēte ad pedes vsq̄ p̄rāsisse. **Q**uo facto
mor̄ euigilās sanissim̄ surrexit ac p̄ sua sa-
nitate domino gratias referēs: quid erga
se actū esset fratribz indicauit. **C**ūctiq̄
p̄gaudētibz ad ministeriū qd̄ sollicitus ex-
bibere solebat: q̄si flagello p̄bante castiga-

Ecclesiastice historie gētis Anglorū

tior redijt. Sed et indumēta quibz deo dī
catū corpus Cudberechtī vel vīnū antea
vel postea defunctū vestierant: etiā ipsa a
grā curādī nō vacarūt. sicut in volumīne
vīte et virtutū eius quisq; legerit inueniet.
¶ Ut alter ad reliquias eius nup fuerit
ab oculi languore curatus:

Caplm. XXXII.

Nec silētio pretereundū: qđ ante
triennū p reliquias eius factū:
nuper mihi p ipm in quo factū
est fratrē inouit. Est aut factū in monaste
rio qđ iuxta Annē deacore constructū ab
eo cognomē accepit: cui tunc vīr religio
sus Guīdberecht abbatīs iure p̄fuit.
Erat in eo quidā adolescēs cui tumor de
formis: palpebrā oculi sedauerat. qui cū
p dies crescens oculo interitū minaret: cu
rabant medici hunc appositis pigmento
rum fomētis emollire: nec valebant. quī
dam abscindendā esse dicebāt. alij hoc fie
ri metu maioris periculi vetabant. Cūq;
tempore nō pauco frater p̄fatus tali incō
modo laboraret: neq; in imenso oculo ex
cū humana manus curare valeret: quin
per dies augeteretur. Contigit subito diu
ne pietatis gratia: per sanctissimū patris
Cudberechtī reliquias sanari. Nā quā
do fratres sui corpus ipsius post multos
sepulture annos incorruptū reppererunt:
tulerūt partem de capillis: quā more reli
quiarū rogātibus amicis: dare vel osten
dere in signū miraculi possent. Barū par
ticulā reliquiarū eo tpe habebat penes se
quidā de presbyteris eiusdem monasterij
nomine Thridred: qui tūc ip̄sus monaste
rij abbas est. Qui cū die quadā ingressus
ecclesiā aperuisset thecam reliquiarū: vt
portionē earū rogantī amico prestaret: cō
tigit et ipm adolescentē cui oculus languē
bat in eadē tunc ecclesia adesse. Cūq; pre
sbyter portionē quantā voluit amico de
disset. residuū dedit adolescenti vt suo in lo
co reponeret. At ille salubri instinctu ad
monitus: cū accepisset capillos scī capitis
apposuit palpebre languētī: et alio die tu
morem illū infestū horū appositione com
primere ac mollire curabat. Quo facto re
liquias vt iusserat sua in theca recōdidit:
credens suū oculū capillis vīri dei quibz

attactus erat ocius esse sanandum. Neq;
em̄ cū sua fides sefellit. Erat em̄ vt referre
est solit⁹ tunc hora circiter scđa diei. Sed
cū alia quoq; dies illa exigeret: cogitaret
et faceret imminēte hora ipsius diei sexta: re
pente contingēs oculū ita sanū cū palpe
bra inuenit: ac si nunq; in eo deformatis
ac tumoris apparuisset.

¶ Explicīt liber quartus Ecclesiastice
historie gentis Anglorum.

¶ Incipit liber quintus Ecclesiastice hī
storie gentis Anglorum: cum recollecta
capitulorum annotatione.

¶ Ut Didiluald successor Cudberechtī
in anatheorica vita laborans: in mari fra
tribus tempestatem orando sedauerit:

Caplm. I.

Accessit vi

Ro dñi Cudberechtō i ec
ercēda vita solitaria: quā
in insula Farnē ante epis
copatus suū tpa gerebat
vīr venerabl Didiluald
qui mult⁹ annis in mo
nasterio qđ dicit⁹ Dhrīpū acceptū p̄sby
teratus officij dignis gradu ip̄e p̄sba
bat actibz. Cui⁹ vt meritū vel vita qualis
fuerit clarescat certius vīnū eius narro mi
raculū qđ mihi vīr⁹ et fratribz p̄pter quos
et i quibz patrātū est ip̄e narrauit videlicet
Gudfrīd venerabilis xp̄i famulus et p̄sby
ter: qui etiā postea fratribz eiusdē ecclesie
Lindisfarnēsis: in qua est abbatīs iure p̄
fuit. Venit inquit cū duobz fratribz alijs
ad insulā Farnē: loqui desiderās cū reue
rēdissimo patre Didualdo. Cūq; allocu
tione eius resecti: bñdictione petita domū
redirem⁹: ecce subito positīs nobīs in me
dio mari interrupta est serenitas qua ve
hebamur: et tanta irruit tāq; fera tēpestat⁹
hyems: vt neq; velo: neq; remigio quicq;
proficere: neq; aliud q̄ mortem sperare
valeremus. Cum dū multum cum ven
to: pelagoq; frustra certātes: tandem post
terga respiceremus si forte vel ipsam de
qua egressi eramus insulam aliquo co
namine repetere possemus: inuenimus

nos vndiq; verſum pari tempeſtate ꝑclu-
ſos: nullamq; ſpem nobis in nobis reſta-
re ſalutis. **U**bi aut longius viſum leuaui-
mus: vidimus in ipſa inſula **F**arne: egreſ-
ſum de latibulis ſuis amariſſimū deo pa-
trem **D**idilualdū iter noſtrum inſpicere.
Audito etenim fragore ꝑcellariū ac feruē-
tis oceanī: exierat videre quid nobis acci-
deret. **C**ūq; nos in labore ac deſperatōne
poſitos cerneret: flectebat genua ſua ad
patrē dñi noſtri ieſu chriſti ꝑ noſtra vi-
ta ⁊ ſalute ꝑrecaturus. **E**t cū orationē cō-
pleret: ſimul tumida equora placauit aꝑ-
deo: vt ceſſante ꝑ omnia ſeuiriā tempe-
ſtas: ſecūdl nos ventī ad terrā vſq; ꝑ pla-
na maris terga comitarent. **C**ūq; euadē-
tes ad terrā: nauiculā quoq; noſtrā ab yn-
dis exportarem: mox eadēq; noſtri gra-
tia modicū ſiluerat tempeſtas redijt: ⁊ to-
to illo die multū furere nō ceſſauit: vt pa-
lam dareſ intelligi ex modica illa que ꝑre-
uenerat intercapedo quietis: ad virtū dei ꝑ-
ces noſtre euationis gratiā donatus eſt.
Manſit itaq; idem vir dei in inſula **F**ar-
ne: xij annis: ibidēq; deſunctus: ſed in in-
ſula **L**indulfarnenſi iuxta ꝑrefectorū cor-
pora epiſcoporū in eccleſia ſcī petri apo-
ſtoli ſepultus eſt. **S**eſta vero ſunt hec tem-
poribus **A**lfridi regis qui poſt fratrē ſuū
Egfridū genti **F**loridambroz decem
⁊ octo annis ꝑreſiuit.

Ut epiſcopus **J**ohānes mutū benedi-
cendo curauerit: **Caplm. II.**

Quius regni ꝑncipio deſūcto
Eata epiſ: **J**ohannes vir ſctūs
Hagualdenſis eccleſie ꝑſula-
tum ſuſcepit. de quo plura virtutū mira-
cula: qui cum familiariter nouerūt dicere
ſolent. ⁊ maxime vir reuerēdiſſimus ac ve-
raciſſimus **B**erechtun dyaconꝑ quondā
eius: nunc aut abbas monaſterij qđ vo-
catur **I**nderaunda id eſt deoz e quibꝫ ali-
qua memorie tradere cōmodū durimus.
Eſt manſio quedā ſecretior nemore raro
⁊ vallo circūdata: nō longe ab **H**agual-
denſi eccleſia. id eſt vnūſ ferme miliarij ⁊
dimidij ſpacio interfluente **T**hino amne
ſeparata: habēs cimiteriū ſancti **D**icha-
elis archangeli: in qua vir dei ſepius vbi
opportunitas arridebat tꝑis: et maxime

in. xl. manere cū paucis: atq; orationibus
ac lectioni quietus operā dare conſueue-
rat. **C**ūq; tempore quodā incipiente. xl. ibi-
dem manſurus adueniret: iuſſit ſuos que-
rere pauperē aliquem maiore infirmitate
vel inopia grauātū: quē ſecū habere illis
diebus ad faciendam elemoſinā poſſent.
Sic em ſemper facere ſolebat. **E**rat autē
in villa nō longe poſita quidā adoleſcēs
mutus epiſo notus (nam ſepius ante illum
ꝑcipiende elemoſine gratiā venire cōſue-
uerat) qui ne ynū quidē ſermonē vnq; ꝑ-
fari poterat. **S**ed et ſcabie tantam vt fur-
fures habebat in capite: vt nil vnq; capil-
lorū eius in ſuperiore parte capitis naſci
valeret. **T**amen in circūitu horridi crines
ſtare videbant. **H**ūc ergo adduci ꝑcepit
eꝑs: ⁊ ei in conſeptis eiꝫdem manſionis
pariū tugurij fieri: in quo manens quo-
tidianā ab eo ſtꝑediā acciperet. **C**ūq;
yna. xl. eſſet impleta ſeptimana ſequēti do-
minica iuſſit ad ſe intrare pauperem: in-
greſſo linguā ꝑferre ex ore: ac ſibi oſtende-
re iuſſit. ⁊ apprehendens eū: ſignū ſancte
crucis lingue eius impreſſit. quā ſignatā
renouare in os ⁊ loqui illū ꝑcepit. **D**ici-
to inquiring aliqđ verbū. dicitō gege qđ
eſt lingua angloꝝ verbū affirmandi ⁊ cō-
ſentiendi id eſt etiā. **D**ixit ille ſtatim ſoluto
vinculo lingue qđ iuſſerat. **A**ddidit eꝑs
nomina litterarū. **D**icitō a. dixit ille a. **D**i-
cito b. dixit ille ⁊ h. **C**ūq; ſingula litterarū
nomina dicente eꝑo reſponderet addidit
⁊ ſyllabas ac verba illi dicenda ꝑponere.
Et cū omnibus cōſequenter reſponderet
ꝑcepit eū ſententias longiores dicere.
Et fecit. neq; vltra ceſſauit tota die illa et
nocte ſequente quantū vīgilare potuit vt
ferunt qui ꝑſentes fuere loqui aliquid
⁊ archana ſue cogitationis ac voluntatis
qđ nunq; antea potuit alijs oſtēdere. **I**n
ſimilitudinē illius dñi claudis: qui cura-
tus ab apoſtolis petro ⁊ iohāne exiliens
ſtetit ⁊ ambulabat ⁊ intrauit cū illis in tē-
plum: ambulans ⁊ exiliens ⁊ laudans do-
minū. **G**audens vniꝫrū vti officio pedū
quo tanto tempore erat deſtitutus. **C**uiꝫ
ſanitati congaudens epiſcopus ꝑcepit
medico etiam ſanandē ſcabredini capitis
eius curam adhibere. **F**ecit vt iuſſerat. et

Ecclesiastice historie gētis Anglorū

iuuante benedictione ac precibus antisti-
tis nata est cum sanitate cutis venuste spe-
cies capilloꝝ. Factusq; est iuuenis limpi-
dus vultu: et loquela promptus: capillis
pulcherrime crispis qui ante fuerat defor-
mis pauper et mutus. Sicq; de percepta
letatus sospitate offerenti ei etiam ep̄o vt
in sua familia manendi locum acciperet:
magis domū reuersus est.

¶ Ut idem puellam languētem orando
sanauerit: **Caplm. III.**

Narrauit idē Berechtum et aliō
de prefato antistite miraculum
qui cū reuerendissim⁹ vir **Uil-**
frid: post longū exiliū in episcopatu esset
Hagustaldensis ecclesie receptus: et idem
Johānes defuncto **Bosa** viro multe san-
ctitatis et humilitatis ep̄s pro eo **Eborac**
substitutus: venerit ipse tempore quodā
ad monasteriū virginū: in loco qui voca-
tur **Geradun** cui tūc **Bereburg** abbatissā
sa presuit. **Ubi** cum venissemus inquit et
magno vniuersoꝝ gaudio suscepti essem⁹
indicauit nobis abbatissa: quia quedam
de numero virginum que erat filia ipsius
carnalis: grauissimo languore teneretur:
quia flebotomata est nuper in brachio et
cum esset in studio facta est infirmitate re-
pentini doloris: quo mox crescente ma-
gis grauatū est brachiū illud vulneratum
ac versum in tumorem: adeo: vt vix duo-
bus manibus circūplecti posset. Itaq; sa-
cens in lecto p̄ nimietate doloris iam mo-
ritura videret: rogauit ep̄m abbatissa vt
intraret ad eam: ac benedicere illā digna-
retur: quia crederet eam ad benedictionē
vel tactū illius mox melius habiturā. In-
terrogans autem ille quādo flebotomata
esset puella: et vt cognouit qz in luna q̄rta
Dixit. multū insipienter et indocti fecistis
in luna quarta flebotomando. **Memini**
beate memorise **Theodorū** archiep̄m dis-
cere: quia periculosa sit satis illius tempo-
ris flebotomia quādo et lumen lune et reu-
ma oceani i cremēto est. **Et** quid ego pos-
sum puelle si moritura est facere. **At** illa in-
stantius obsecrās pro filia quā opido dis-
ligebat. **Hanc** et abbatissam eam pro se fa-
cere disposuerat. **Tandem** obtinuit vt ad
languentē intraret. **Intrauit** ergo me secu-

assumpto ad virginē que facebat multo:
vt dicit: dolore constricta: et brachio innū
grossescēte vt nihil proorsus in cubitu fle-
xionis haberet. **Et** altans dixit orationes
super illam: ac benedicēs egressus est. **Cū**
q; post hec hora competente cōsederem⁹
ad mensam adueniens quidam clamauit
me ducens foras et ait. **Postulat** **Cuenbe-**
rug (hoc enim erat nomē virginis) vt oct⁹
regrediar⁹ ad eam. **Quō** dum facerem rep⁹
perit illam ingrediens vultu hilarior em: et
velut sospiti similē: **quō** dum assiderem illi di-
xit. vis petam⁹ bibere. **Et** ego. **Volo** inq;⁹
et multū delector si potes. **Quoq;** oblato
poculo biberem⁹ ambo: cepit mihi dicere
qz ex quo ep̄s orationē pro me benedictio-
ne cōpleta egressus est statim meli⁹ habe-
re incipio. et si nec dum vires pristinas re-
cepi: dolor tamē omnis et de brachio vbi
ardētior inerat: et de toto meo corpore ve-
lut ipso ep̄o foras eum exhortando fundi-
tus ablat⁹ est: tam et si tumor adhuc in bra-
chio manere videtur: abeuntibus autē no-
bis inde continuo fugatū dolorem mem-
brorū: fuga quoq; tumoris horrendi secu-
ta est. et crepre mortis ac dolorib; virgo lau-
des domino saluatori vna cū ceteris qui
ibi erant seruis illius referebat.

¶ Ut item coniugē comitis infirmā aqua
benedicta curauerit: **Caplm. III.**

Hūc quoq; nō multū huic dis-
simile miraculū de prefato anti-
stite narrauit idem abbas dicens
Ulla erat comitis cuiusdā que vocabat⁹
Putb: non longe a monasterio id est duū
ferme milliū spacio separata: cuius coniūx
quadraginta ferme diebus erat acerbissi-
mo languore detenta: ita vt tribus septis-
manis non posset de cubiculo in quo face-
bat foras efferri. **Contigit** autē eo tempore
virū dei illo ad dedicandā ecclesiā ab eo-
dem comite vocari. **Cūq;** dedicata esset ec-
clesia rogauit comes eū ad prāendū do-
mū suam ingredi: renuit ep̄s dicens se ad
monasteriū qd̄ prime erat reueri debere.
At ille obnix⁹ precib; instans vouit etiā
se elemosinas pauperib; datur: dūmodo
ille dignaretur ea die domum suam ingre-
diens se iunsum soluere. **Rogauit** et ego
vna cum illo promittens etiam me ele-

mosinas in alimonia inopu dare. **D**u ille domu comitis pransurus ac bndictionez daturus intraret. **L**ucq hoc tarde ac diffi culter impetrarem? intrauimus ad reficidum. **D**iserat aut eps mulieri que infirma iacebat de aqua bndicta qua in dedi catione ecclesie consecrauerat per vnu de hijs qui mecu venerant fratribus: precipiens vt gustanda illi daret: et ybicq ma ximu ei dolorem inesse didicisset de ipa ea aqua lauaret. **Q**uod vt factu est surrexit statim mulier sana: et no solum se infirmitate longa carere: sed et pditas dudum vires recepisse sentiens obtulit poculu epo. **A**c nobis ceptuq ministeriu nobis omnib? propinandi vsq ad prandiu completum no omisit. imitata socru beati petri que cu februu fuisset ardoribus fatigata ad tactu man? dominice surrexit: et sanitate simul ac virtute recepta ministrabat.

Ut pueru comitis orando a morte reuocauerit. **C**aplm. V.

Alio idem tempore vocat? ad de dicanda ecclesia comitis voca? bulo **A**ddi: cum postulatu co? plesset ministeriu rogatus est ab eodez comite intrare ad vnu de pueris eius q acer rima egritudine premebatur: ita vt defici ente penitus oim membror officio iamqz moriturus esse videretur. **C**ui etiam locu lus iam tunc erat preparatus in quo defunctus cond? deberet. **A**ddidit aut? vir etiam lacrimas precibus diligenter obse crans vt intraret oraturus pro illo: quia multu necessaria sibi esset vsta ipius. **C**rederet vero quia si ei manu imponeret: atqz eum benedicere voluisset: statim mel? haberet. **I**ntrauit ergo illo eps: et vidit eu mestis omnibus iam morti pximu: postituqz loculu iuxta eum in quo sepeliedus poni deberet. **D**ixitqz oratione: ac benedixit eum: et egrediens dixit solito consolantiu sermonem. **B**ene conualecas et cito. **C**uqz sederent post hec ad mesam misit puer ad dnm suu rogans sibi poculu vini mittere quia sitiret. **S**auisus est ille multu qz bibere posset: misit ei calicem vini benedictum ab episcopo: que vt bibit surrexit cotinuo. et veterno infirmitatis discussio induit se ipse vestimētis suis: et egressus inde

intrauit et salutauit epm et conuiuas: dices qz ipse quoqz delectaretur manducare et bibere cu eis. **I**nserunt eum sedere secū ad epulas multu gaudentes de sospitate illi? residebat: vescebatur: bibebat: letabatur: quasi vnus e conuiuis agebat. **E**t multis post hec annis viuens: in eadem qua acceperat salute pmansit. **H**oc autem miraculum memoratus abbas non se presente factum: sed ab hijs qui presentes fuerunt sibi perhibet esse relatum.

Ut clericu suu cadendo contritu orando ac benedicendo a morte reuocauerit: **C**aplm. VI.

Neqz hoc silentio pretereudum qz famulus xpi **H**erbed i seipo ab eo factu solet narrare miraculum. **Q**ui tunc quide in illius conuersatus: nunc in monasterio qd est iuxta horstiu **T**ini fluminis abbatu iure pest. **U**ta inquit ill? quantu hoib? estimare fas est: qd presens optime cognouit: p omnia epo digna esse pperit. **S**ed et cuius meriti apd internu iudice habitus sit: et in multis alijs et i meipo martie exptus suz. **Q**uipe que ab ipo (vt ita dica) mort? limite reuocans: ad viam vite sua oratione ac benedictione reduxit. nam cu primo adolefcentie tempore in clero illius degerem: legendi quidem canediqz studijs traditus: sed non adhuc animu perfecte a iuuenilibus cohibens illecebris: **C**ontigit die quadā nos iter agentes cu illo deuenisse in viaz planā et amplam atqz cursu equoz aptā. **C**eperuntqz iuuenes qui cu ipo erant maxime laici postulare epm vt cursu maiore equos suos inulcem pbare liceret. **A**t ille primo negauit ociosum dicens esse qd de siderabant. **S**ed ad vltimum multorum vnanima intentione deuictus: facite aliquid si vultis, ita tamen vt **H**erebald ab illo se certamine absteineat. **P**orro ipe diligentiuz obsecrans vt et mihi certadi cu illis copia daretur (fidebam namqz equo que mihi ipe optimu donauerat nequa? qz impetrare potui. **A**t cu sepius huc atqz illuc spectate epo pccitatis in cursu equis reuenteretur et ipse lasciuo superatus animo: **N**on me potui cohibere: sed (phibete licet illo iudicio me miscui: et simul cur

Ecclesiastice historie gētis Anglorū

su equi contendere cepi. **D**ō dum agerem
audiui illum post tergum mihi cum ge-
mitu dicentem. **D** q̄ magnū ve facis mihi
sic equitādo. **E**t ego audies nihilomin⁹
cepis institi vetitis. **N**ec mora: dum fer-
uens equus quoddā itineris cōcaui va-
lentore impetu transiliret: lapsus decidit.
Et mor̄ velut emortens sensum penitus:
motūq; oēm perdidit. **E**rat nanq; in loco
illo lapis terre equalis: obrectus cespite
tenui: neq; vllus alter in tota illa cāpi pla-
nitie lapis inueniri poterat. **C**asusq; eue-
nit: vel potius diuina prouisione ad pu-
niendam inobediētē mee culpam: vt huc
capite ac manu quā capiti meīs supposue-
ram tangerem: atq; fracto pollice capitis
quoq; iunctura solueretur. **E**t ego: vt dixi
simillimus mortuo fierem. **E**t quia mor-
ueri non poteram tetenderunt ibidem pa-
pillionem in quo iacerem. **E**rat autem ho-
ra diei circiter septima a qua ad vesperaz
vsq; quietus et quasi mortuus permanēs
tunc paululū reuulsi: ferorq; domū a so-
cijs: ac tacitus tota nocte pduro. **V**ome-
bam autē sanguinē: eo q; et intranea essent
ruendo cōuulsa. **A**t ep̄s grauissime de ca-
su et interitu meo dolebat: eo q; me specia-
lī diligeret affectu. **N**ec voluit nocte illa
iuxta mozem cū clericis suis manere: ve-
rum solus in oratione persistens noctem
ducebat peruiigilez pro mea (vt reor) sospi-
tate supernā pietatē supplicans. **E**t mane
primo ingressus ad me: et dicta super me
oratōne vocauit me nomine meo: et quasi
de graui somno exaratu interrogauit: si nos-
sem quis esset qui loqueretur ad me. **A**t
ego aperiens oculos ato etiā. **T**u es ep̄s
meus amatus. **P**otes inquit uiuere: **E**go
sum. **P**ossum inq; per orationes vestras
si voluerit dominus. **Q**ui imponens ca-
piti meo manū cum verbis bñdictionis
redit ad orādum. **E**t post pusillum me re-
uissens inuenit sedentem et iam loqui va-
lētē. **C**epitq; me interrogare: diuino vt
mor̄ patuit amonit⁹ instinctu: an me esse
baptisatū absq; scrupulo nossen. **C**ui ego
absq; vlla me hoc dubietate scire respon-
di q; salutarī fonte in remissionē peccatorū
essem ablutus: et nomen presbyteri a quo
me baptisatū noueram dixi. **A**t ille, si ab

hoc inquit sacerdote baptisatus es: non
es recte baptisatus. **F**loui nanq; cum: et
quia cum esset presbyter ordinatus nulla
tenus ppter ingenij tarditatem potuit ca-
thecizandi vel baptisandi ministeriū dis-
scere. **P**ropter q; et ipse illum ab huius p̄-
sumptione ministerij qd̄ regulariter im-
plere nequisbat omnino discessare p̄cepti.
Quibus dictis eadem hora me catheciza-
re ipse curauit. **F**actūq; est vt exufflateq;
